MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80229-26

AUTHOR:

FABRI, TIMOTHEUS

TITLE:

DE MITHRAE DEI SOLIS INVICTI APUD ROMANOS

PLACE:

ELBEFELDAE

DATE:

1883

Master Negative #

91-80229-26

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Fabri, Timotheus, 1857-
De Mithrae dei Solis invicti apud Romanos cultu. Elberfeldae, 1883.
122 p. 21 cm.

Thesis, Göttingen.

Another copy.

25493

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB IIB
DATE FILMED: 9.13.91 INITIALS V.W.D.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

BIBLIOGRAPHIC IRREGULARITIES

MAIN ENTRY: FABRI, TIMOTHEUS

Bibliographic Irregularities in the Original Document

List volumes and pages affected; include name of institution if filming borrowed text.

______Page(s) missing/not available:______________________

______Volumes(s) missing/not available:______________________

__✓__Illegible and/or damaged page(s): PAGES 21-24, 33-34

______Page(s) or volumes(s) misnumbered:______________________

______Bound out of sequence:______________________

______Page(s) or illustration(s) filmed from copy borrowed from: Princeton

______Other:______________________

AIIM

Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202

Centimeter

Inches

MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

DE
MITHRAE DEI SOLIS INVICTI APUD ROMANOS CULTU.

DISSERTATIO

INAUGURALIS HISTORICA ET ARCHAEOLOGICA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ACADEMIA GEORGIA AUGUSTA

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

TIMOTHEUS FABRI

BORUSSO-RHENANUS.

ELBERFELDAE.

TYPIS FRIDERICIANIS.

MDCCCLXXXIII.

PATRI OPTIMO

S.

Conspectus.

Praefatio.

Semper id unum spectavi, cum historiae veterum temporum me dedidissem, ut quam possem intellegerem, qualis quantaque fuerit vis christianae religionis ut ad destruendam gentilium superstitionem, ita ad exstruenda regna christiana. Brevi autem, me plura quam pro humanis viribus voluisse, cum cognovissem, statui primum unam rem, quae illam posset praeparare cognitionem, pervestigare. Quo facto Mithriaca, id est Mithrae Dei Solis Invicti cultus, idonea mihi videbantur, quae, qualis fuerit veneratio deorum imperii Romani post Christum natum, optime me docerent.

Primum enim cultus ille Dei Solis, etsi a Romanis receptus, nec Romanae nec christianae originis est, deinde una cum religione Christi apud Romanos propagatus exstitit, tum non valde abhorruit a multis christianorum sententiis, denique ab imperatoribus neque a servis non est perpetratus. Quae cum ita sint, quis est qui neget me Mithriaca Romana accurate investigantem primitias quasdam desideratas illius cognitionis gravissimae et exoptatissimae esse consecuturum.

Cum id igitur mihi proposuissem, ut omnia, quae de Mithrae Dei Solis Invicti apud Romanos cultu propagato traduntur, summo cum studio cognoscerem, inscriptiones, quibus de ea re agitur, collegi, simulacra Dei servata inspexi, veterum scriptorum testimonia composui, ea, quae usque ad hoc tempus viri docti de Mithra disseruere, legi.

Qua in re optimos omnes inscriptionum libros excutiens quadringentos quinquaginta tres titulos nec non innumerabiles simulacrorum imagines inveni atque quadraginta tres scriptores, quorum testimonia interpretatione digna videntur, de illa re nonnulla narrasse cognovi. Tamen, quamquam permulta tradita sunt et permulti in cultum illum intellegendum incubuerunt,

de re ipsa nihil fere certius atque accuratius erutum esse negari nequit. Omnes enim viri docti, qui adhuc de Mithriacis disseruerunt, neque omnia ad cultum spectantia colligere neque distincte atque ordinatim rem tractavere. Quam ob rem iure atque merito iudic averis sane multa at minime multum de Mithriacis esse exposita. Quae cum ita sint, ne plura secutus nil expediam, de iis quae volui statui haec: cum fieri non posse constet, quin is de inscriptionum tanta multitudine dilucide disserat, qui primus eam collegerit, id unum meum esse putavi indicem titulorum locupletissimum et accuratissimum efficere. Veterum autem testimonia et diligenter colligenda et subtiliter investiganda esse duxi. At de simulacris, ne vagis coniecturis utar, id unum mihi proposui, ut ea quae imagines ipsae sine dubio docere videntur accuratius intellegam. Virorum autem doctorum sententias varias minimeque bonas repetere longum esse putavi.

Ex tanto autem inscriptionum ac scriptorum testimoniorum numero nova et notatu digna quaedam afferre, difficile esse, nemo est qui credat; tamen, cum perpetuis praeceptis totam rem ordinatim non possem libello exponere, initia rectae cognitionis etsi parva dare, quam plura sine ratione optima enarrare malui. Illum enim operis mei cursum adhibens spero fore, ut prima et certa vestigia ad plane cognoscendam rem propositam consequar.

Puto autem melius eum consulere, qui ad aedificandum litterarum sacrum saxa quadrata afferat diligentissime, quam eum, qui aediculam minoris pretii ipse construat.

Dispositionem operis statui hanc: Primum scriptorum testimonia temporum ordine usus exposui, tum explicavi ea, quae scriptores soli docent. Quibus confectis adieci indicem locupletissimum titulorum omnium quos repperi. Porro simulacreorum ut verum a, intellectum ex illis ipsis assequar, nil, quod e scriptorum testimoniis cognovi, adhibens explicavi. Denique memoria dignos libros, quibus de Mithrae cultu agitur, commemoravi.

Veterum scriptorum qui de Mithrae Dei Solis Invicti cultu scripserunt testimonia.

Initium faciamus ab antiquissimo veterum scriptorum testimonio. Docent enim verba Herodoti *καλέουσι δὲ Ἀσσύριοι τὴν Ἀφροδίτην Μύλιττα, Ἀράβιοι δὲ Ἀλιλὰτ, Πέρσαι δὲ Μίτραν* (sic!)[1] iam illo tempore Graecis illum Persarum cultum innotuisse. Quae commemorasse, cum cultum illum Romanum praecipue investigem, satis habes. I. Herodotus.

Primus autem Persas per Mithram iurasse affirmat Xenophon verbis *καὶ μὰ τὸν Μίθρην ἐγώ τοι ἐχθὲς*[2]. Perspicuum est nil novi ex his verbis de cultu ipso sive a Persis sive a Romanis peracto intellegi posse. II 1. Xenophon.

Idem fere quod ex primo Xenophontis testimonio cognovisti intellegas ex verbis *ὄμνυμί σοι τὸν Μίθρην*[3]. Sed commemorandum est hoc loco scriptorem Cyrum iure iurando non tantum quasi ioci loco utentem fingere, sed pollicentem se valetudine restituta definita ratione victurum. Perspicias igitur verbis scriptoris esse victurum. Perspicias igitur verbis scriptoris constare Mithrae cultum Xenophontis quoque temporibus apud Persas valde floruisse. II 2. Xenophon.

De Mithrae Dei Solis apud Persas cultu Strabo tradit verba haec *Πέρσαι τοίνυν ἀγάλματα μὲν καὶ βωμοὺς οὐχ ἱδρύονται, θύουσι δ'ἐν ὑψηλῷ τόπῳ, τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία. τιμῶσι δὲ καὶ Ἥλιον, ὃν καλοῦσι* III 1. Strabo.

[1] ed. H. Stein I 88, 19—20 A. 131. Berolini 1869. 8°.
[2] ed. L. Dindorf 357. Institutio Cyri VII 5, 53 Oxonii 1857. 8°.
[3] ed. C. Schenkl II 152. Oeconomicus IV 24 Berolini 1876. 8°.

Μίθρην, καὶ Σελήνην καὶ Ἀφροδίτην καὶ πῦρ καὶ γῆν καὶ ἀνέμους καὶ ὕδωρ [1]). Longum est pervestigare quae sit fides tribuenda eis quae scriptor de Persarum religione narrat. At elucet Strabonem, cum ignoret Mithrae cultum in specubus abditis celebratum esse neque differentiam cognitam habeat inter Sole et Mithram, non satis Dei Solis cultum apud Persas intellexisse.

III 2. Strabo.

Sunt qui putent Strabonem alio quoque loco de Mithriacis locutum esse. Nam narrans praefectum regium Armeniae viginti milia equorum per annum regi Persarum misisse addit *τοῖς Μιθρακίνοις* [2]). Quae verba unus codex manuscriptus omisit, cum alii praebeant *Μιθρακηνοῖς, Μιθρακάνοις* et coniecturae factae sint *Μιθριακοῖς, Μιθραϊκοῖς.* Mihi quidem constat nullo modo tradita ad Mithrae cultum pertinere. Quid enim sibi volunt viginti milia equorum ad sacra illa quae in spelaeis abditis vel reconditis peragebantur? Ad quam rem putas equos adhibitos esse, cum, ut scimus, boves tantum cultus perpetrandi causa immolarentur? Nonne denique insane eos egisse putandum est qui tantam equorum id est animalium ad bella utilissimorum copiam dei colendi gratia immolarent? Alio autem modo ad Mithriaca celebranda equos illos esse adhibitos quis est qui credat. Quam ob rem et dubito, num scriptor de Mithriacis tradat, et statuo minime ea scriptoris nostri verba ad rem quam persequimur pertinere.

IV. Q. Curtius Rufus.

Jam progrediamur ad aliud de Mithra a Persis culto testimonium. Q. Curtius Rufus enim tradit *Ipse* (scilicet Dareus) *cum ducibus propinquisque agmina in armis stantium circumibat, Solem et Mithram* (*Mithrem*

[1]) ed. G. Kramer III 225, 24—28 (XV 3 §. 13 — fol. A 1064 C 732). Berolini 1852. 8°.

[2]) l. c. II 497, 4—6 (XI 14 §. 9) (fol. A 802 C 530). Berolini 1857. 8°.

tradunt codices manuscripti) *sacrum et aeternum invocans ignem, ut illis dignam vetere gloria maiorumque monumentis fortitudinem inspirarent* [1]). Quae ipsa verba, cum de invocatione Solis, Mithrae, ignis aeterni, nil nisi ab aliis quoque traditum scripserit scriptor, docere mihi videntur, Curtium hac in re enarranda optimo quodam fonte usum esse. Accedit ut quae facta sunt accuratissime et dilucidissime exponantur. Quapropter quae leguntur fide digna ducas. — Ac primum quidem Curtium *Mithrem* scribentem intellegas de Mithrae Dei Solis Invicti Romanorum cultu nil comperisse. Quae res ex eo quoque apparet, quod addit verbum *sacrum,* quo verbo seu nomine numen illud a Romanis cultum numquam esse significatum e testimoniis scriptorum facile cognosci potest. Curtium Rufum autem Claudii imperatoris temporibus pro certo habemus vixisse. Quam ob rem cultum iam illo tempore per totum Romanorum imperium propagatum fuisse ac floruisse quis est qui credat. — Sed minime licet ea quae traduntur de Persarum cultu Mithriaco ad Romanos transferre, immo vero id unum e Curtii testimonio elucere dici potest, cum ad fortitudinem militibus inspirandam deus ille tum cultus invocaretur, Mithram Persarum a Mithra Romanorum valde abhorrere. Cum enim ad omnes fere peragendas res auxilium huius Dei a Romanis petitum sit, tamen nullo loco traditur eum ad inflammandos militum animos esse invocatum.

V. P. Papinius Statius.

Exponenda quoque sunt quae Papinius Statius in Thebaide de Deo Sole Invicto narrat. Cum enim Adrastum Phoebum adorantem fingit verbis utitur

. . . . *seu Persei sub rupibus antri*

Indignata sequi torquentem cornua Mithram [2]). Quibus e paucis multa mihi efficienda esse videntur. Primum quidem scriptor Mithram deum Persarum fuisse et

[1]) ed. A. Hedicke LIX 15—18 (IV 13 §. 11). Berolini 1867. 8°.

[2]) ed. O. Müller I 46 (I 719—720). Lipsiae 1870. 8°.

in antris abditis cultum esse cognitum habet. Tum investigans quid sibi velint verba *indignata torquentem cornua* intelleges scriptorem aut boves ad Mithriaca peragenda mactatos esse audisse, aut vidisse simulacrum quo Deus Mithras bovem necans fingita. Equidem pro certo habeo Statium imaginem Dei vidisse. Nam cum saepius ab artificibus figuratus Mithras Invictus bovem mactans cornua eius torqueat, quin scriptor spectatam rem narret dubium non est. Quam ob rem quaerendum est, utrum scriptor dei illius cultor fuerit, necne. Nisi enim fortuito contextum ortum esse credas, Statius, cum referat de Osiri frugifero pro Phoebo (v. 718), cognovisse quoque videtur necatione bovis indicari, solem fructus e terra elicere. Attamen valde a Mithriacis initiato alienum est relato modo de cultus arcanis loqui; quapropter statuo Statium, etsi minime Mithriacus fuit, tamen simulacra Dei vidisse nec non intellexisse cultum in rupibus perpetratum esse a Persis. Quam rem cognitam, cum constet scriptorem Domitiano imperante vixisse, ad propagationem Dei Solis in Romanorum imperio cultus plane investigandam pretii censeo non esse minimi.

VI 1. Plutarchus.

Progrediamur ad gravissimum fere veterum scriptorum testimonium de Mithrae apud Romanos cultu. Plutarchus enim Pompei res gestas describens nos certiores facit de translatione Mithriacorum in Romanorum imperium. Distinctis autem verbis affirmat peregrinos cultus nec non Mithrae venerationem Romanos a piratis didicisse. Addit etiam Mithriaca suo quoque tempore florere. Nam si verba *ξένας δὲ θυσίας ἔθυον, ὧν ἡ τοῦ Μίθρου καὶ μέχρι δεῦρο διασώζεται καταδειχθεῖσα πρότερον ὑπ' ἐκείνων*[1]) perspexeris, quaestionem de origine Mithriacorum a Romanis peractorum omittendam esse putabis. At Plutarchi affirmationi minima tribuenda videtur esse fides. — Ac primum

[1]) Vitae parallelae ed. Sintenis III 70. (Pomp. 24). Lipsiae 1843. 8°.

quidem notandum est scriptorem de destructione templorum a piratis facta narrantem, cum singula nominatim tradat, fonte bono quodam uti, deinde autem quae a nobis pervestiganda sunt tradentem, tantum opinionem suam exponere. Quibus cognitis intellegimus, utrum iure meritoque scriptor iudicaverit, necne. Plutarchum autem coniecisse quinque ex causis pro certo habeas. Primum nautarum nec non piratarum uniuscuiusque aetatis religionem abhorruisse ab arcanis mysteriis, quibus a Persis Mithriaca perpetrata esse cognitum habemus, constat. Quamvis enim, cum solis ac stellarum cognitione in navigando nisi sint, verisimile sit eos Solem et Lunam veneratos esse aliaque sidera, tamen Dei Solis Invicti Persarum cultus eis peregrinus apparuisset, neque enim eum mente comprehendere potuissent. Tum qua ratione piratae Mithriaca perpetraverint minime intellego. Quo enim loco qui in mari navigando vitam degebant cultum coluisse putandi sunt ad quem peragendum specus necessarii erant? At dixeris in oris terrarum eos Mithram venerari potuisse, neque falso. Mihi autem constat nulla aetate homines quosdam religionem habuisse quae cum vitae ac morum ratione minime consentiret. Accedit tertium argumentum nullo modo verisimile esse Romanos victores ab hostibus illis piratis victis novum et peregrinissimum cultum didicisse, neque intellegi posse, qua ratione Romani Mithriacis a maritimis illis praedonibus initiati essent. Quis enim est qui credat cives imperii Romani, cum respublica ipsa nec non deorum cultus florerent, ex narrationibus piratarum victorum novum deum colendum recepisse. Absurdum denique esse videtur piratas illos victores mysteriis patriis initiasse, quod sine dubio non fecissent, nisi cum iis amicitia fuissent coniuncti. Restat ut intellegas piratas qui omnia templa scriptore nostro teste destruxerant ad cultus propagandos minime fuisse propensos.

Attamen minime putem Plutarchi verbis nil de origine Mithriacorum ad Romanos perlatorum tradi.

Mihi quidem videtur rem ita fere se habuisse. Scriptor pro certo habuit cultum Mithrae et ex Asiae occidentalis partibus transvectum esse et primum illo tempore, quo Pompeius piratas vicerat, deum illum a Romanis cultum esse. Quibus cognitis non abhorruit ab affirmatione illa Dei Solis venerationem Romanos a praedonibus maritimis didicisse. — Nos igitur id unum docuit Plutarchus Mithrae cultum primum Pompei temporibus Romam esse translatum. — Denique verbum *διασώζεται* explicandum est. Eam significationem, nisi illa aetate cultus Dei Solis a Romanis fuisset vetitus, scriptor non adhibuisset neque *ξένας θυσίας* dixisset, si accuratiorem eius habuisset cognitionem. Qua re probabile est scriptorem venerationis Mithrae originem apud Romanos non satis habuisse compertam. — Plutarchum igitur hac de re neque recte neque inutile disseruisse constat.

VI 2. Plutarchus. Nullius fere pretii sunt alia quaedam de Mithra a Persis culto verba Plutarchi. Scriptor enim Artaxerxem donum accipientem *Νὴ τὸν Μίθραν*[1]) dicentem facit. Quam ob rem, cum Plutarchus hac in re enarranda optimo fonte sine dubio usus sit, Persas per Mithram iurasse his quoque verbis apparet. Quae sequuntur verba *οὗτος ὁ ἀνὴρ καὶ πόλιν ἂν ἐκ μικρᾶς ταχὺ ποιήσειε μεγάλην πιστευθείς* docent iusiurandum hic non magni esse momenti sed iocosi quasi verbi loco esse adhibitum.

VI 3. Plutarchus. Porro apud Plutarchum de Sole Invicto reperis verba *εἰπέ μοι σεβόμενος Μίθρου τε φῶς μέγα καὶ δεξιὸν βασίλειον.*[2]) Quibus scriptor iterum tradit Persas per Deum Solem Invictum iuraiuranda perpetrasse. Cum autem vocibus *Μίθρου τε φῶς μέγα* aut earum sententiae nullo alio loco occurramus, minime licet hinc efficere Romanos quoque eodem modo de deo illo sensisse.

[1]) l. c. IV 198, 23 (Artax. 4). Lipsiae 1846. 8°.
[2]) l. c. III 172, 20—21 (fol. 682) (Alex. 30). Lipsiae 1843. 8°.

VI 4. Plutarchus. Aliud Plutarchi testimonium legimus in capite quadragesimo sexto libri de Iside et Osiride. Verba sunt autem haec *Οὗτος οὖν ἐκάλει τὸν μὲν ᾿ΩΡΟΜΑΖΗΝ, τὸν δὲ ᾿ΑΡΕΙΜΑΝΙΟΝ καὶ προσαπεφαίνετο, τὸν μὲν ἐοικέναι φωτὶ μάλιστα τῶν αἰσθητῶν, τὸν δὲ ἔμπαλιν σκότῳ καὶ ἀγνοίᾳ. μέσον δὲ ἀμφοῖν τὸν ΜΙΘΡΗΝ εἶναι. διὸ καὶ Μίθρην Πέρσαι τὸν μεσίτην ὀνομάζουσιν*[1]). Negari nequit multa de cultu illo his verbis intellegi posse. — Ac primum quidem, quamvis falso iudicasse scriptorem minime constet, tamen, cum Romani non distinguerent inter bonum deum et malum, id unum intellegas Plutarcho Persarum quidem cultum Mithriacum plane notum fuisse. Commemorare liceat scriptorem alio loco nihil de Persica origine religionis illius dicere, quam ob rem videtur putasse Persarum cultum Mithrae fuisse alium, aliam a piratis ad Romanos translatam venerationem Dei Solis nisi forte existimandum est illo tempore, quo de Mithra a Romanis culto disserebat, eum plane Persarum illam religionem ignorasse. Non enim persuasum habeo scriptorem, cum originem cultus e Persicis Mithriacis duci intellexisset, affirmare potuisse a piratis Romanos illam religionem accepisse neque addidisse cultum ipsum a Persis ad alios populos esse translatum. Quae cum ita sint, alterum habemus testimonium illi Plutarchi narrationi de origine cultus Mithriaci apud Romanos minimam esse fidem tribuendam.

VI 5. Plutarchus. Plutarchus in libro de fluminibus denique de Mithra tradit verba haec *Μίθρας υἱὸν ἔχειν βουλόμενος, καὶ τὸ τῶν γυναικῶν γένος μισῶν πέτρᾳ τινὶ προςεξέθερεν. Ἔγκυος δὲ ὁ λίθος γενόμενος, μετὰ τοὺς ὡρισμένους χρόνους ἀνέδωκε νέον τοὔνομα Δίορφον*[2]). De re ipsa disserere longum ineptumque est. Id unum commemorem e fabula illa narrata elucere putasse scriptorem feminas a cultu Mithrae apud Persas valde abhorruisse. At

[1]) Moralia ed. D. Wyttenbach II² 513—514 (369 E). Oxonii 1796. 8°.
[2]) l. c. V³ 1049 (1165 B). Oxonii 1802. 8°.

credibile est Plutarchum genituram filii Mithrae cum genitura Dei ipsius, quae ex aliis scriptorum testimoniis intellegi potest, confudisse.

VII 1, 2. L. Apuleius.

Notatu digna quoque sunt verba Apulei Madaurensis in libri Metamorphoseon capite vicesimo et vicesimo quinto. Quamquam enim tantum traditur a scriptore Isidis sacerdoti cuidam nomen *Mithrae*[1]) fuisse, tamen, cum apud Aegyptios vocem illam extitisse minime constet, iure meritoque iudices scriptorem de cultu Isidis narrantem meminisse Dei Solis Invicti cultum ab illo minime abhorruisse. Rem autem ipsam accuratius ei innotuisse nemo qui modo exposita intellexerit credet. —

Commemorem hoc loco alia scriptorum testimonia, quibus Mithrae nomine homines quosdam ornatos esse intellegimus, cum minime ad cultum pertineant, omnia me praeteriisse.

VIII 1. Justinus Martyr.

Saepius Justinus Martyr quoque Mithrae cultum commemorat. In dialogo enim cum Tryphone verba reperiuntur haec *ὅταν γὰρ οἱ τὰ τοῦ μίθρου μυστήρια παραδιδόντες, λέγωσιν ἐκ πέτρας γεγενῆσθαι αὐτὸν, καὶ σπήλαιον καλῶσι τὸν τόπον, ἔνθα μυεῖν τοὺς πειθομένους αὐτῷ παραδιδοῦσιν*[2]). Scriptorem idem fere tradere intellegas quod Porphyrius, Firmicus Maternus. Hunc enim voces *Θεὸς ἐκ πέτρας*, illum fere eadem de initiatione tradidisse intellegemus. Novam autem exponit Justinus causam de qua gentiles in rupibus mysteria Mithriacorum peregerint, cum putet hoc factum esse, quod Deus e saxo esset ortus. Cui autem sententiae quis est qui dubitet quin minima sit fides tribuenda. Constat enim re ipsa, mysteria tradentes spelaea ad cultum perpetrandum adhibuisse, ne arcana illa in aperto omnibus ostentarentur. Justinum autem cultui non favisse iam huius loci ex verbis *πειθομένους* ac *παραδιδοῦσιν*

¹) ed. G. F. Hildebrand I 1067—1068. Lipsiae 1842. 8°.
l. c. 1078—1079.
²) ed. S. Jebb 213 (296). Londini 1719. 8°.

elucet. Cum autem scriptor graeca voce usus tradat *σπήλαιον καλῶσι τὸν τόπον ἔνθα* se coniecisse ipse coarguit.

VIII 2. Justinus Martyr.

Alio loco dialogi cum Tryphone Justinus tradit haec *καὶ ἀνιστόρησα ἣν καὶ προέγραψα ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου περικοπὴν, εἰπὼν διὰ τοὺς λόγους ἐκείνους τοὺς τὰ μίθρα μυστήρια παραδιδόντας ἐν τόπῳ ἐπικαλουμένῳ παρ' αὐτοῖς σπηλαίῳ μυεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν, ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἐνεργεθῆναι εἰπεῖν*[1]). Recensuit enim scriptor quae Esaias (XXXIII 16) de symbolo specus scripsit illaque de Dei Solis cultu addidit. Praecipue mihi notandum esse videtur his quoque verbis affirmare Justinum gentiles seu paganos non in spelaeis Mithriaca perpetrasse, sed illis locis in quibus ea essent facta nomen spelaei attribuisse. Quae minime narrasset nisi accurate ea comperisset. At rem ita se habuisse neges, cum sine ullo dubio scriptor vocabulum persicum in graecum modo sermonem converterit plura de hac re pro certo non habens. — Quantus autem furor fuerit scriptoris ecclesiastici in illam impiam Dei Solis venerationem satis superque verba docent *ὑπὸ τοῦ διαβόλου ἐνεργηθῆναι*.

VIII 3. Justinus Martyr.

Commemorare quoque liceat verba apologiae secundae pro Christianis Justini *ὅπερ καὶ ἐν τοῖς τοῦ Μίθρα μυστηρίοις παρέδωκεν γίνεσθαι μιμησάμενοι οἱ πονηροὶ δαίμονες, ὅτι γὰρ ἄρτος καὶ ποτήριον ὕδατος τίθεται ἐν ταῖς τοῦ μυουμένου τελεταῖς μετ' ἐπιλόγων τινῶν, ἢ ἐπίστασθε, ἢ μαθεῖν δύνασθε*[2]). Quae sibi velint a scriptore tradita facile intelleges. At quanta fides verbis sit tribuenda pro certo non habeo. Ac primum quidem statuendum esse puto ex verbis *οἱ πονηροὶ δαίμονες* iterum elucere scriptorem valde Mithriaca condemnasse. Quae cum ita sint constat eum aut, cum facta

¹) l. c. 237 (304).
²) l. c. 98.

quaedam renuntiet, ab aliis de cultu illo certiorem factum esse, aut scripta quaedam de ea re legisse. Verba autem *μετ' ἐπιλόγων τινῶν, ἢ ἐπίστασθε, ἢ μαθεῖν δύνασθε,* quibus minime usus esset, nisi orationum quarumdam quae tum ferebantur meminisset scriptor, docent et Justinum non inaccurate Mithriaca cognovisse et tum quidem multis, quid sibi velint Mithriaca, innotuisse. At de re ipsa id est de irrisione christianae religionis certe dici non potest. Scriptorem autem, cum verbis utatur certis, plane falsa tradidisse quis est qui credat. Attamen dubito his intellectis tam gravia de cultu illo dicere, praesertim cum omnia, quae alia de Mithriacis scriptorum testimonia nos docent, ab irrisione aliarum id est peregrinarum religionum valde abhorrere videantur. Accedit ut sane gentiles non panem et aquam sed panem et vinum ad irridendum cultum christianum adhibituri fuerint. Pane et aqua autem multa significari posse quis est quin sciat. Quam ob rem id unum persuasum habeo in Mithrae apud Persas veneratione actiones perpetratas esse, quae communionis sancti altaris similes viderentur.

IX 1. Lucianus. Sed Lucianus quoque Deum Mithram bis commemorat. Primum enim de eo narrat in capite octavo Jovis Tragoedi. Quo loco Mercurium loquentem inducit verba *ἡ Βενδῖς δὲ αὕτη καὶ ὁ Ἄνουβις ἐκεινοσὶ καὶ παρ' αὐτὸν ὁ Ἄττις καὶ ὁ Μίθρης καὶ ὁ Μὴν ὅλοι ὁλόχρυσοι καὶ βαρεῖς καὶ πολυτίμητοι ὡς ἀληθῶς* [1]. Convocatus enim erat deorum conventus in quo singuli dei a Jove eo ordine sedes obtinere iussi sunt, qui conveniret pretio materiae, e qua simulacra ipsorum fingerentur. Cum autem scriptor id unum exponere vellet summos deos pessimas habuisse sedes, Lucianum Mithrae simulacra ex auro solido facta esse docere putandum non est. Intellegas e re ipsa narrata cognosci posse scriptorem Mithriacis minime favisse.

[1]) ed. G. Dindorf 476 (II 651—653). Paris 1840. 4°.

Aliis Luciani de Mithra verbis occurrimus in capite nono libri de concilio deorum. Verba enim reperis haec *Ἀλλ' ὁ Ἄττις γε, ὦ Ζεῦ, καὶ ὁ Κορύβας καὶ ὁ Σαβάζιος πόθεν ἡμῖν ἐπεισεκυκλήθησαν οὗτοι ἢ ὁ Μίθρης ἐκεῖνος ὁ Μῆδος ὁ τὸν κάνδυν καὶ τὴν τιάραν, οὐδὲ ἑλληνίζων τῇ φωνῇ, ὥστε οὐδ' ἢν προπίῃ τις ξυνίησι* [1]. Scriptor enim Momum dicentem fingit in conventu deorum et dolentem multos tanto honore indignos deos esse creatos. Qua in re Mithram quasi peregrinissimum commemorat, nisi forte iudicas Medum a scriptore pro Persa esse scriptum. Sed cum verbis *κάνδυν καὶ τὴν τιάραν*, quibus rebus Persas vestitos esse constat, utatur, elucet tamen de origine Persica Mithrae scriptorem certiorem factum fuisse. Quid autem significetur vocibus *οὐδὲ ἑλληνίζων τῇ φωνῇ, ὥστε οὐδ' ἢν προπίῃ τις ξυνίησι* me quidem fugit. Quibus usus scriptor id unum egisse videtur, ut demonstraret, quanto mores Dei Solis Invicti abhorrerent a moribus aliorum deorum. Restat ut affirmem his expositis non esse incredibile Lucianum, cum Mithram in peregrinorum deorum numero habeat, ignorasse Dei Mithrae cultum etiam per Romanum imperium esse pervagatum. IX 2 Lucianus.

Accedunt Tertulliani testimonia. Primum intellegenda sunt verba *Nam et sacris quibusdam per lavacrum initiantur Isidis alicuius aut Mithrae* [2]. Minime autem accuratius distinxisse scriptor videtur et cultum Isidis et venerationem Dei Solis Mithrae. Cum enim ad illum peragendum lavacris Aegyptios usos esse constet, a nullo nobis traditur scriptore ad Mithriaca quoque pertractanda illa esse adhibita. Praecipue autem, cum verbis minime distinctis ea de re agatur, Tertullianum errasse neque eius narrationi fidem tribuendam esse statuo. Sed cognoscas ex his verbis eadem elucere quae nos docuit Justinus Martyr loco a me supra citato. X 1. Q. Septimius Florens Tertullianus.

[1]) l. c. 762 (III 533—544).
[2]) ed. F. Oehler I 623 (De baptismo 5). Lipsiae 1853. 8°.

X 2. Q. Septimius Florens Tertullianus.

Aliud habemus argumentum, Tertullianum Mithrae cultum accuratius cognovisse, in capite quinto decimo libri: De corona. Hoc enim loco dicit *Erubescite, commilitones eius, iam non ab ipso iudicandi, sed ab aliquo Mithrae milite, qui cum initiatur in spelaeo, in castris vere tenebrarum, coronam interposito gladio sibi oblatam, quasi mimum martyrii, dehinc capiti suo accomodatam monetur obvia manu a capite pellere et in humerum, si forte, transferre, dicens Mithram* (*Midrae* habent codices optimi) *esse coronam suam. Atque exinde nunquam coronatur idque in signum habet ad probationem sui, sicubi temptatus fuerit de sacramento, statimque creditur Mithrae miles, si deiecerit coronam, si eam in deo suo esse dixerit. Agnoscamus ingenia diaboli, ut nos de suorum fide confundat et iudicet*[1]). Quibus nobis non solum tradit scriptor de modo ac ratione initiationis sed etiam de arcano ad probationem cuiusdam signo. Ac primum, quamvis, cum verbis utatur *obvia manu,* non dilucide Tertullianus narret, tamen pro certo habendum est initiandos in spelaeis atris corona, cui gladius fuisset interpositus, capiti imposita, eam in humerum transtulisse ac Mithram solum coronam veram esse dixisse. Qua a coronatione signum initiatorum duxit originem. Nam si Mithrae cultori coronam quandam des, ille semper eam refutet dicens Deum ipsum coronam esse optimam. Quibus cognitis scriptorem ecclesiasticum tam bene gentilium cultum illum intellexisse optimo iure mireris. Qua autem ratione Mithriaca ei accuratius innotuerint, utrum ipse ea peracta viderit, an ab aliis de illis certior redditus sit, cum ut decernam nil habeam argumenti, vana coniectura minime utar. Notanda quoque sunt illa extrema quae sunt *Agnoscamus ingenia diaboli idcirco quaedam de divinis affectantis ut nos de suorum fide confundat et iudicet.* Quibus verbis apparet scriptorem putasse iam illis temporibus christianos ritus sive eorum quaedam

[1]) l. c. I 456—457.

similia ad cultum peragendum multum valuisse aut Mithrae cultores christianam religionem cognosse nec non pro ludibrio habuisse. Tamen quae Justini testimonia investigans dixi repeto. Quot enim coronationes more christianae religionis tot ritu gentilium invenis.

X 3. Q. Septimius Florens Tertullianus.

Jam investigemus alia Tertulliani de Mithrae cultu verba. Cum enim vituperet, paganos humana divino cultu sive veneratione coluisse, tradit haec *sicut aridae et ardentis naturae sacramenta leones Mithrae philosophantur*[1]). Ac primum commemorandum est in duobus illis codicibus, quibus Oehlerus v. d. se usum esse profitetur, scriptum legi *mire* pro *Mithrae* neque editorem unde coniecturam Mithrae hauserit dicere. Attamen, cum quid sibi velit verbum *mire* nullo modo cognoscere possis et illud *leones* a Mithrae cultu non abhorrere constet, Oehlerum v. d. sive alio codice sive nullo testimonio nisum recte coniecisse credas. At, cum verbis non dilucidis scriptor utatur, multum ex iis de cultu intellegi nequit. Etsi enim Rigaltium v. d. qui haec commemorat »In sacris Mithrae sive Solis adhibebantur leonum simulacra. Erant autem sacramenta, hoc est signa seu mysteria solaris naturae, aridae et ardentis. Tunc enim aestus intenditur, fontes et fluvii siccantur cum ingredi Leonem sol dicitur« recte iudicasse putandum est, quis est qui veram scriptoris sententiam intellegat, aut quid de cultu illo his verbis cognoscendum sit eruat. Equidem id unum compertum habeo hoc quoque loco elucere Tertullianum Mithriaca Romana accuratius cognita habuisse. Cum autem hic non res gestas sed sententias tantum quasdam quasi philosophicas reddat, his verbis scriptor minime bene ad Dei Solis apud Romanos cultum investigandum disseruit. — Suspiceris codicum scriptores, cum quid significetur vocabulo Mithrae ignorassent, coniecturam *mire* sane miram et ineptam protulisse.

[1]) l. c. II 62 (Adv. Marcionem I 13).

X 4. Q. Septimius Florens Tertullianus.

Restant Tertulliani verba *et si adhuc memini, Mithra signat illic in frontibus milites suos* [1]). Lectionem corruptam esse quis 'est quin intellegat. Sane enim Rigaltio v. d. non assentiendum esse puto, qui verbo *illic* castra tenebrarum aut Satanae alio loco a scriptore nostro memorata significata esse docet. Cum autem codex optimus manuscriptus tradat *memini, Mithra signet illic* tantum abest, ut aliquid coniciamus, ut maxime ea quae referuntur pervestigemus. Ac primum verbis quae sunt *si adhuc memini* scriptor se ipse obiurgat quod rem vetustam nec non dubiosam tradiderit. Falsa autem esse narrata constat. Valde enim abhorret a cultu arcano initiatos signis frontibus affixis significare. Ridicule quidem eum agere puto, qui afferat verba quae sunt *quia nemo super cutem portat maculam idololatriae aut stupri aut fraudis.* Quibus summa cum iniuria Oehlerus v. d. adnotavit „Isidis alicuius aut Mithrae". Scriptorem enim id unum agere, ut maculas animae non corporis forma ac statu expressas explicet, ex verbis ipsis elucet. Cum longum sit demonstrare ab Isidis cultu significationem signis initiatorum non abhorrere, statuo huic scriptoris ecclesiastici testimonio fidem minimam esse habendam, cum a cultu abhorrentia neque ab aliis scriptoribus narrata tradat. Addere autem liceat verbis expositis etiam cognosci posse Tertullianum minime Dei Solis cultum ignorasse, cum qui ei faverent *milites* nominet. Quo vocabulo primo cultus gradui initiatos nominatos esse Hieronymo teste constat. Ista de iis quae a scriptore de Mithra sine dubio referuntur intelligenda sunt. Restant verba quae sunt *celebrat et panis oblationem et imagines resurrectionis inducit et sub gladio redimit coronam. Quid quod et summum pontificem in unius nuptiis statuit? Habet et virgines habet et continentes.* Quae grammaticam rationem adhibens potes referre et ad diabolum ipsum et ad Mithram. Cum autem gladiis initiandos usos esse Tertullianus alio loco

[1]) l. c. II 38.

quem investigavimus tradat, verisimile videtur esse haec verba, quorum dubia sententia accurate et singulatim explicari non potest, ad Mithrae cultum pertinere. Quae eo graviora mihi videntur esse, cum consentiant cum eis, quae ea de re narrat, ut cognovimus, Justinus Martyr. Tamen iterum affirmo Mithriaca ab irrisione Christiani cultus abhorruisse, et Justinum et Tertullianum, nisi ex eodem fonte uterque eorum hauserit, Christianorum simulacris similibus Mithriacis falso irrisionem imputasse. Quod fecisse christianos scriptores mirum non est. Quae cum ita sint, et omnibus de Mithriacis narratis fidem tribuere magnopere dubito neque plane negare vera tradita esse audeo.

XI. Cassius Dio Cocceianus.

Progrediamur ad Cassi Dionis verba *ἐγὼ .... ἦλθόν τε πρὸς σὲ τὸν ἐμὸν θεὸν, προςκυνήσων σε, ὡς καὶ τὸν Μίθραν* [1]). Scriptor enim ea Neroni dicentem fingit Teridatem Armeniae regem. At in solemni regis cum imperatore coram plebe conventu quem dicta recte audisse, notasse, tradidisse credas. Quam ob rem, cum intellegi possit ex eis quae sequuntur illum minime minimum deum significare velle, cognoscas Cassium Dionem cognitum habuisse Mithram ab Armeniis quoque valde fuisse cultum. De Romanorum Dei veneratione intellegenda ex verbis scriptoris fere haec videntur esse. Primum Dio de Mithra non locutus esset, si imperatorem illum Mithriacis initiatum esse putasset, aut si ipse illis fuisset initiatus. Cum autem Mithram nominaverit quasi deum peregrinissimum, non dubito, quin Cassio Dioni totus cultus Mithriacus apud Romanos propagatus fere incognitus fuerit.

XII. Athenaeus.

Addere quoque liceat testimonium Athenaei, quamquam eo de Persarum tantum cultu agitur. Verba enim sunt haec *Κτησίας δὲ „παρ' Ἰνδοῖς, φησὶν, οὐκ εἶναι τῷ βασιλεῖ μεθυσθῆναι. παρὰ δὲ Πέρσαις τῷ βασιλεῖ ἐφίεται*

[1]) ed. G. Sturz IV 106, 72—74 (R 1029 — L. E. — L 718. Nero LXIII 5). Lipsiae 1824. 8°.

μεθύσκεσθαι μιᾷ ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ θύουσι τῷ Μίθρῃ.“ γράφει δὲ οὕτως Δοῦρις ἐν τῇ ἑβδόμῃ τῶν Ἱστοριῶν. „Ἐν μόνῃ τῶν ἑορτῶν τῶν ἀγομένων ὑπὸ Περσῶν τῷ Μίθρῃ, μεθύσκεται, καὶ τὸ Περσικὸν ὀρχεῖται· τῶν δὲ λοιπῶν οὐδεὶς κατὰ τὴν Ἀσίαν, ἀλλὰ πάντες ἀπέχονται κατὰ τὴν ἡμέραν ταύτην τῆς ὀρχήσεως [1]). Longum est neque ad hanc rem pertinet de re ipsa disserere. Afferre modo liceat ex eis quoque verbis elucere alium fuisse cultum Mithrae Romanorum, aliam Dei Solis venerationem Persarum. Numquam enim in illorum imperio Mithriaca quin palam atque publice perpetrata sint haud est dubium.

Verba ab Athenaeo notata reperis in: Duridis Samii fragmenta ed. C. Müller, Fragmenta historicorum Graecorum II 472—473. Parisiis 1848. 4°. De testimonio eius quae de traditis ab Athenaeo dixi satisfaciant.

XIII 1. Origenes. Procedamus ad Origenis testimonia. Primum quidem exstat in capite nono libri primi: Contra Celsum. *Καὶ ἐξομοιοῖ τοὺς ἀλόγως πιστεύοντας Μητραγύρταις, καὶ τερατοσκόποις, Μίθραις τε καὶ Σαββαδίοις, καὶ ὅτῳ τις προσέτυχεν, Ἑκάτης ἢ ἄλλης δαίμονος ἢ δαιμόνων φάσμασιν* [2]). Quo id tantum cognoscas Celsum eos qui Mithriaca crederent credulos esse disseruisse.

XIII 2. Origenes. Alterius Origenis loci verba maioris sunt pretii [3]). Hoc quoque loco scriptor Celsum dicentem inducit ipsisque eius verbis. Origenes quidem, quamquam id non nisi ut eruditum se praeberet dixisse exhibet, tamen, cum repetat ea, fidem narrationi tribuisse videtur. Celsus enim exponit symbolo quodam caelestes conversiones et stellarum fixarum et stellarum errantium esse repraesentatas, quarum forma fere haec: scala altas portas habens, in summis autem octava porta. Prima earum est plumbea, altera stannea, tertia ex aere, quarta ferrea, quinta ex aere mixto, sexta argentea, septima ex auro, unaquaeque autem deo alicui attributa. Sed ea tradita exponenda relinquimus, cum Mithriaca Romana his symbolis usa esse neque hoc uno scriptore teste credas neque re ipsa credendum sit. Exponens autem quae apud Celsum secuta sunt Origenes vituperat, Mithrae apud Persas mysteria ad refutandam religionem christianam ab illo adhiberi, et pergit *Ὅπως ποτὲ γὰρ ἐχέτω ταῦτα, εἴτε ψευδῶς εἴτ' ἀληθῶς, τοῖς τὰ τοῦ Μίθρου πρεσβεύουσι καὶ Πέρσαις· τί δὴ οὖν μᾶλλον ταῦτ' ἐξέθετο ἤ τι τῶν λοιπῶν μυστηρίων μετὰ τῆς διηγήσεως αὐτῶν; Οὐ γὰρ δοκεῖ παρ' Ἕλλησιν εἶναι ἐξαίρετα τὰ τοῦ Μίθρου παρὰ τὰ Ἐλευσίνια, ἢ τὰ παραδιδόμενα τοῖς ἐν Αἰγίνῃ μυουμένοις τὰ τῆς Ἑκάτης. Τί δὲ μᾶλλον εἴπερ βαρβαρικὰ ἐβούλετο μυστήρια ἐκτίθεσθαι μετὰ τῆς διηγήσεως αὐτῶν, οὐ μᾶλλον τὰ Αἰγυπτίων, ἐν οἷς πολλοὶ σεμνύνονται, ἢ τὰ Καππαδοκῶν περὶ τῆς ἐν Κομάνοις Ἀρτέμιδος, ἢ τὰ Θρᾳκῶν, ἢ καὶ τὰ Ῥωμαίων αὐτῶν, τελούντων τοὺς εὐγενεστάτους τῶν ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς; Ἀλλ', εἰ ἄκαιρον αὐτῷ ἔδοξεν ἐκείνων τι παραβάλλειν, ὡς μηδαμῶς συμβαλλόμενον εἰς τὴν Ἰουδαίων ἢ Χριστιανῶν κατηγορίαν. πῶς οὐχὶ τὸ αὐτὸ ἄκαιρον καὶ ἐπὶ τῆς ἐκθέσεως τῶν Μιθραϊκῶν αὐτῷ ἐφαίνετο;* Quae verba quanti sint pretii quis est qui nesciat. Ac primum quidem non sine iure iudices vocibus *εἴτε ψευδῶς εἴτ' ἀληθῶς* usum Persarum cultum Mithrae non omnino damnasse. Cum enim accuratius inquisiveris, praecipue quoque extrema illa *πῶς οὐχὶ τὸ αὐτὸ ἄκαιρον καὶ ἐπὶ τῆς ἐκθέσεως τῶν Μιθραϊκῶν αὐτῷ ἐφαίνετο* cognoveris, scriptorem aegre ferre intelleges, quod Mithriaca Persica aut Romana, quae non abhorruerint valde a multis Christianorum sententiis, ad accusandam religionem christianam plane inepta non fuerint. Quam ob rem, cum Mithrae cultum cum aliis conferat, Eleusinia

[1]) ed. J. Schweighäuser IV 91—92. Deipnosophistarum X 10. 434 XLV. Argentorati anno XII (1804). 8°.

[2]) ed. J. P. Migne, Patr. curs. ser. graec. XI 672 A 27 (327). Paris 1857. 8°.

[3]) l. c. 1324—1325 A 22 A 70 — B 82 (646—647) Contra Celsum VI 22.

nec non alia mysteria non minoris pretii fuisse dicit. Quam sententiam, quamquam est unica de valore et propagatione Dei Solis cultus in Romanorum imperio, cavendum est ne pluris aestimes. Notandum enim est Origenis tempore illa quoque alia mysteria florere iam desiisse. Itaque tantum Mithrae cultum propagatum omnibus innotuisse neque eum vetitum fuisse ex Origenis verbis statuas. Accedit ut scriptor vocabulis utatur *οὐ γὰρ δοκεῖ*, quae nunquam adhibuisset, si accuratius rem exploratam habuisset. Quid autem iudicandum sit de initiatione quadam nobilissimorum e Romanorum senatu, praesertim cum, nisi illa mysteria a Mithriacis ipsis valde abhorrere re ipsa credas, non minimo cum iure de Mithrae initiatis scriptorem locutum esse credibile sit, me quidem fallit.

XIV. Commodianus. Etsi longius rem explicavit tamen exiliter disseruit Commodianus in capite tertio decimo libri: Adversus gentium deos — de Mithrae cultu his verbis:

Invictus de petra natus, si deus habetur,
Nunc ergo retro vos de istis date priorem.
Vicit petra deum; quaerendus est petrae creator.
Insuper et furem adhuc depingitis esse;
Cum si deus esset unquam non furto vivebat,
Terrenus utique fuit et monstrivora natura.
Vertebatque boves, alienos semper in antris,
Sicut et Cacus Vulcanii filius ille[1]).

Primum dicendum est dubitari non posse quin scriptor de Mithra loquatur. Quamvis autem non accuratius eius venerationem aut sacra scriptorem nostrum cognovisse constet, tamen nullius pretii verba citata non mihi videntur esse. Cum enim dicat *depingitis furem esse*, pro certo habeas eum simulacra Dei vidisse. Quae cum ita sint, credas verbis quoque quae sunt *terrenus utique fuit et monstrivora natura* fidem esse tribuendam.

[1]) ed. J. P. Migne, Patr. curs. ser. prim. lat. V 210—211. Paris 1848. 8°.

At quid sibi velit vox quae est *monstrivora* mihi non patet, *terreno* autem verbo hoc loco contrarium modo caelestium rerum significari elucet e re ipsa explanata. Mithram denique *furem* a scriptore nominari mirandum non est, cum tradatur *furem depingitis*. Quo verbo constat Commodianum id putasse, quia Deum Mithram bovem trahentem fictum viderat, neque alio scriptore teste usum illa tradidisse. Idem autem fere docent verba quae sunt *vertebatque boves alienos semper in antris*. Qua re intellegas scriptorem spelaea quoque Mithrae cognovisse. Denique investigandi sunt versus

Invictus de petra natus, si deus habetur,
Nunc ergo retro vos de istis date priorem.
Vicit petra deum, quaerendus est petrae creator.

Quibus verbis, cum quin genituram Dei Mithrae ex petra cultui initiati crediderint dubium non sit, novum peritissimum Mithriacorum fuisse Commodianum affertur argumentum. Tamen eum ipsum cultorem Dei Jnvicti fuisse tradita rectius inquirens minime credas. Quae cum ita sint, intellegas iam illo tempore arcana Mithriacorum palam fuisse cognita.

XV 1. Porphyrius. Jam inquiramus in ea, quae Porphyrius de Mithra tradit. Ac primum quidem testatur duos scriptores iam suo tempore de Dei Solis cultu egisse. Cum enim de divisione magorum in tres partes agat, narrat *ὥς φησιν Εὔβουλος ὁ περὶ τὴν τοῦ Μίθρα ἱστορίαν ἐν πολλοῖς βιβλίοις ἀναγράψας*[1]). Quamvis his cognitis id tantum pro certo habendum sit libris illis Persarum Mithrae cultum descriptum fuisse, tamen optimo iure credas Romanorum quoque Mithriaca scriptorem exposuisse. Quis autem fuerit Eubulus ille statui nequit, nisi coniecturam C. Mülleri v. d. „Bolum“ esse legendum pro verbo *Εὔβουλος* sequaris[2]). Equidem illius sententiam ut nullis integris causis confirmatam refutandam esse puto.

[1]) ed. A. Nauck 177, 19—20 De abstin. IV 16. Lipsiae 1860. 8°.
[2]) C. Müller, Fragm. hist. graec. II 25—26. Parisiis 1848. 4°.

Alterum de Mithrae sacris scriptorem Porphyrius nominat cum animalium formae imitationen edocet. Quam ad rem pertractandam verbis utitur *Πάλλας ἐν τοῖς περὶ τοῦ Μίθρα φησί*[1]). E quibus intellegi potest Pallantem quoque quendam de Mithriaco cultu scripsisse. De scriptore ipso autem nil pro certo habendum est. Quibus rebus cognitis illis temporibus arcana cultus iam nonnullis hominibus scriptis quoque libris innotuisse constat. Cum autem nec de vita nec de scriptis nec de tempore quo vixerit aliquid statuendum sit, in dubio quoque relinquenda est quaestio, utrum alii scriptores, Hieronymo, quem Eubulo teste usum esse constat, excepto, quos nominavi, illorum libris usi sint, necne. Verbis autem cognitis *ὁ περὶ τὴν τοῦ Μίθρα ἱστορίαν ἐν πολλοῖς βιβλίοις ἀναγράψας* optimo iure iudices scripta Eubuli tempore Porphyrii non per vulgus esse pervagata. Quod si fuisset, nil de operis ratione narrasset. Idem fere de Pallantis libro significationibus *ἐν τοῖς περὶ τοῦ Μίθρα* nisus intellegas. Quam ob rem neque saeculo tertio ineunte p. Chr. n. eos iam diu scripsisse neque eorum libros multis innotuisse credibile est. Qua re intellecta cum Porphyrium testibus optimis usum esse videamus, minime dubitamus eum fide dignissimum ducere. Quae autem hoc loco tradit fere sunt haec: Magos enim Persarum omnes putasse narrat animas hominum mortuorum non interire sed ab aliis ad alios transire. Addit rem ita se habuisse ex Mithrae quoque mysteriis posse intellegi. In illis enim peractis, qui initiati sint, eo teste *λέοντες* aut *λέαιναι* alii *κόρακες* sunt nominati. Sed, lacuna interposita, id unum traditur patres vocibus *ἀετοὶ* et *ἱέρακες* esse significatos. Porphyrius autem *τὰ λεοντικὰ* accipientem omnino animalium formis circumdatum esse affirmat. De cuius rei causa se cum teste suo non consentire ipse exponit. Rem ipsam diiudicare, cum nullum aliud de ea re testimonium habeamus, non possumus. Tamen credas scriptorem nostrum non a teste suo discessurum fuisse

[1]) ed. A. Nauck 178, 2—4. De abstin. IV 16. Lipsiae 1860. 8°.

nisi res plane lucida ei fuisset. Quae causa praebet argumentum Porphyrium Mithriaca ipsa vidisse aut initiatis amicis fruitum esse. Recta igitur quin initiatorum nomina scriptor noster tradat dubitari nequit. At notandum quoque est verbis *προςαγορεύονται* nec non *περιτίθεται* elucere Porphyrium cognovisse suo etiam tempore cultum illum a Romanis perpetratum esse. Restat ut intellegas verba *τὰς δὲ γυναῖκας λεαίνας* nos docere feminas quoque initiatas esse cultui, nisi credas Porphyrium illa ad rem tantum illustrandam neque vero testibus Eubulo et Pallante scriptoribus nisum addidisse.

Porphyrium autem ipsum simulacra Mithriaca vidisse verisimile ea quoque de causa est, quia in capite septimo decimo libri: De antro Nympharum — verbis utitur *καθὼς παρὰ τῷ Μίθρᾳ ὁ κρατὴρ ἀντὶ τῆς πηγῆς τέτακται*[1]). Ego quidem persuasum non habeo haec quoque eum apud Eubulum aut Pallantem legisse. Spectare enim videntur illa ad urnam quandam, quam persaepe in Mithriacorum simulacris fictam habes. XV 2. Porphyrius.

Maioris momenti alia de cultu Porphyrii verba videntur esse. In capite enim vicesimo libri: De antro Nympharum — loquitur *πανταχοῦ ὅπου τὸν Μίθραν ἔγνωσαν, διὰ σπηλαίου τὸν θεὸν ἱλεουμένων*[2]). Ac primum quidem intellegamus scriptoris tempore Dei Solis cultum valde diffusum neque ullo loco nisi in antris deum esse cultum. Tum verbis *πανταχοῦ ὅπου ἔγνωσαν* ostendi patet venerationen illam Mithrae Porphyrio quoque teste minime totum vulgum alicuius populi cognovisse neque omnibus locis peregisse. Cum autem dicat scriptor *τὸν υἱὸν ἱλεουμένων* putasse videtur numen Mithrae omnino deum irascentem placandum fuisse, quam Solis Invicti XV 3. Porphyrius.

[1]) ed. R. M. van Goens 17. Traiecti ad Rhenum. 1765. 4°.
[2]) l. c. 19.

naturam nulla aliorum testimonia scriptorum significant Quae cum ita sint, Porphyrium hoc quoque loco optime veram Dei naturam cognosse negari potest.

XV 4. Porphyrius.

De Mithrae in zodiaco positione tradit Porphyrius in capite vicesimo quarto libri: De antro Nympharum — fere haec *ψυχαῖς δὲ γενέσεως καὶ ἀπογενέσεως οἰκεῖοι οἱ τόποι τῷ μὲν οὖν Μίθρᾳ οἰκείαν καθέδραν τὴν κατὰ τὰς ἰσημερίας ὑπέταξαν· διὸ κριοῦ μὲν φέρει ἀρηΐου ζῳδίου τὴν μάχαιραν· ἐποχεῖται δὲ ταύρῳ ἀφροδίτης, ὡς καὶ ὁ ταῦρος, δημιουργὸς ὢν ὁ Μίθρας καὶ γενέσεως δεσπότης, κατὰ τὸν ἰσημερινὸν δὲ τέτακται κύκλον* [1]. Longum neque meum est accuratius rem illam investigare, cum de Aegyptiorum, non de Romanorum, cultu dei illius scriptor narret. At hoc quoque e testimonio elucet Porphyrium Eubulo et Pallante testibus usum de Mithra omnium optime disseruisse.

XV 5. Porphyrius.

Uberius Porphyrius alio loco libri: De antro Nympharum — disseruit. Cum enim explicet Persas animae descensum in inferiora et reversionem eius ad superiora significantes sacerdotem initiasse ipsi loco speluncae nomine imposito pergit *πρῶτα μέν, ὡς ἔφη Εὔβουλος Ζωροάστρου αὐτοφυὲς σπήλαιον ἐν τοῖς πλησίον ὄρεσι τῆς Περσίδος ἀνθηρὸν καὶ πηγὰς ἔχον ἀνιερώσαντος εἰς τιμὴν τοῦ πάντων ποιητοῦ καὶ πατρὸς Μίθρου, εἰκόνα φέροντος αὐτῷ τοῦ σπηλαίου τοῦ κόσμου, ὃν ὁ Μίθρας ἐδημιούργησε. τῶν δὲ ἐντὸς κατὰ συμμέτρους ἀποστάσεις, σύμβολα φερόντων τῶν κοσμικῶν στοιχείων καὶ κλιμάκων· μετὰ τοῦτον τὸν Ζωροάστρην κρατήσαντος καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις δι' ἄντρων καὶ σπηλαίων, εἴτ' οὖν αὐτοφυῶν εἴτε χειροποιητῶν τὰς τελετὰς ἀποδιδόναι* [2]. Primum licet statuere hoc quoque loco scriptorem Eubulo quodam, quem cultum iam ab antiquissimis temporibus peractum enarrasse verbis ipsis traditis patet, uti teste. Neque

[1]) l. c. 22.
[2]) l. c. 7. (c. 6.)

Eubulum male disseruisse credas, cum optime nec non accuratissime locum templi et templum ipsum describeret. Sed nostrum non est de Persarum religione plura cognoscere, quam ob rem nil addimus nisi quod ad cultum ipsum pertineat. Ac primum quidem, cum alii quoque scriptores nos docuerint in spelaeis Mithrae cultum etiam a Romanis esse peractum, quis est qui dubitet quin iure meritoque ea quae scriptor narrat de spelaeorum ornatu et constructione, ad Romanorum Dei Solis quoque venerationem referantur. Romanos autem patrem et creatorem mundi Mithram duxisse quis est qui putet. Restat ut exponam Eubulum scriptore quodam duce de Mithra disseruisse. Cum enim narret de situ spelaei a Zoroastre conditi, patefacit se narrationem quandam sequi. Nunquam enim si locum ipse vidisset ita esset locutus. Plura de Eubuli libro fide digna non habeo quae dicam.

Nec praetermittenda sunt verba Porphyrii *καταλυθῆναι δὲ τὰς ἀνθρωποθυσίας σχεδὸν τὰς παρὰ πᾶσιν φησὶ Πάλλας ὁ ἄριστα τὰ περὶ τῶν τοῦ Μίθρα συναγαγὼν μυστηρίων ἐπὶ Ἁδριανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος* [1]. Quibus verbis mihi tantum constare videtur Pallantem libro illo non solum de Mithrae cultu sed etiam de aliorum deorum veneratione egisse. Quae ita fuisse fortasse etiam vox *συναγαγὼν* docet. Sed abhorreo a sententia, scriptore duce esse putandum, ad Mithriaca rite perpetranda homines quoque esse immolatos. Cum enim Porphyrius meminisset Pallantem dicere Hadriani temporibus hominum mactationes esse relictas, id unum memorat testem optime de Mithrae quoque cultu fecisse verba. Restat ut commemorem scriptorem in Mithriacis exponendis Pallantem Eubulo anteposuisse. Quam rem, cum aliud gravius de scriptoribus illis pro certo non habeamus, parvi pretii duco. — XV 6. Porphyrius.

Adnumeranda locis, quibus Porphyrius de Mithra loquitur, mihi videntur esse verba in capite sexto decimo — XV 7. Porphyrius.

[1]) ed. A. Nauck 118, 7—10. De abstin. II 56. Lipsiae 1860. 8⁰.

libri: De antro Nympharum *ὅταν δὴ τῷ Πέρσῃ προσάγωσι μέλι ὡς φύλακι καρπῶν* [1]) nec non verba in capite duodevicesimo eiusdem libri *καὶ βουκλόπος θεὸς ὁ τὴν γένεσιν λεληθότως ἀκούων* [2]). Sed quamvis constet scriptorem vocibus *Πέρσῃ* et *βουκλόπος θεὸς* Mithram significare, tamen, cum ad rem a nobis investigandam nil novi afferant, eas praetereundas esse duco.

XVI. Arnobius. Ut transeamus ad Arnobium, verba eius intellegenda sunt, quae exstant in capite decimo libri sexti disputationum: Adversus gentes. Codex manuscriptus habet *Inter deos videmus vestros leones novissimam faciem, mero oblita minio et de nomine frug. . . .erio nuncupari* [3]). Coniecturarum paene innumerabilem numerum enarrare longum est. Satisfecisse mihi videor, cum neque abhorreat ita a Mithrae cultu ut ab aliorum deorum veneratione consuetudo dei imagines mero minio oblinendi, neque idoneus hic locus videatur, qui hanc rem ita se semper aut saepius habuisse in Mithriacorum simulacris plane edoceat, verba ipsa in medio relinquens. Cum enim viri doctissimi de illis vocibus disputaverint, tamen Orellium v. d. sequor dicentem: Sed hunc locum difficillimum doctioribus explanandum relinquo.

XVII 1. Flavius Vopiscus. De Deo Sole Invicto etiam Flavius Vopiscus narrat in capite quarto libri de Aureliano. Verba autem haec *matrem quidem eius Callicrates Tyrius Graecorum longe doctissimus scriptor sacerdotem templi Solis* (i. e Mithrae ut ex aliorum testimoniis scimus) *in vico eo, in quo habitabant parentes, fuisse dicit* [4]). Quae cum ita sint, primum intellegas maximam fuisse venerationem Mithrae,

---

[1]) ed. R. M. van Goens 16. Traiecti ad Rhenum 1765. 4°.
[2]) l. c. 18.
[3]) ed. J. P. Migne, Patr. curs. patr. lat. ser. pr. V 1182—1183. Paris 1844. 8°.
[4]) ed. H. Jordan et F. Eyssenhardt. Scriptt. hist. aug. II 138, 11-13. Aurelian 4. Berolini 1864. 8°.

cum in vicis ipsis templa ei exstructa essent. Tum notandum est his ex verbis elucere feminas quoque illo tempore Dei Solis Invicti habuisse sacerdotia.

Liceat afferre quae Flavius Vopiscus de Aureliani ipsius cultu Dei Solis Mithrae tradit. Cum enim imperator proconsulem aut ducem Cerronium Bassum vetaret ulterius ad hostium urbes destruendas progredi, templum Mithrae Palmyrae ingenti sumptu reficiendum curat nec pontificem ei praeponere omisit [1]). Huc accedit, ut cognoverimus matrem Aureliani sacerdotem templi cuiusdam Mithrae fuisse. Quapropter iure meritoque me iudicare puto imperatorem illum a Mithrae cultu minime abhorruisse. Restat ut cognoscas hac re intellecta alium fuisse cultum Dei Mithrae orientalium populorum, alium Romanorum, cum quin ad hunc peragendum mulier nunquam sacerdotis locum tenuerit haud sit dubium. XVII 2. Flavius Vopiscus.

Quibus a Flavio Vopisco traditis adnumerem verba *data est ei praeterea, cum legatus ad Persas isset, patera, qualis solet imperatoribus dari a rege Persarum, in qua insculptus erat Sol eo habitu, quo colebatur ab eo templo, in quo mater eius fuerat sacerdos* [2]). Quae leguntur in capite quinto libri de Aureliani rebus gestis. Eadem quae hic locus edocet de matre iam alia verba cognoscentes intelleximus. Sed de re ipsa hic taceamus, cum ad Persarum cultum tantum attineat. XVII 3. Flavius Vopiscus.

Ad verba Epiphanii perscrutanda progredimur. Legimus enim in tomo tertio libri primi: Adversus Haereses haec *ἵνα τὸν Ἐπιμενίδην δείξῃ, ἀρχαῖον ὄντα φιλόσοφον, καὶ Μίθρα τοῦ παρὰ Κρησὶν εἰδώλου* [3]). Mithrae igitur sacerdotem Epimenidem quendam fuisse narrans tradit scriptor Cretenses quoque Deum Invictum iam illis tem- XVIII. Epiphanius.

---

[1]) l. c. II 156, 11—27. Aurelian. 31.
[2]) l. c. II 139, 8—11. Aurelian. 5.
[3]) ed. D. Petavius I 362 B. Coloniae 1682. fol.

poribus coluisse. Quamvis autem nullo alio testimonio constet Persarum religionem Mithriacam Cretensibus innotuisse, tamen fidem tribuere verbis non dubito. Sententiam autem scriptoris de cultu vox *εἰδώλου* nos satis superque edoceat. Recte quoque iudices Epiphanio cultum per imperium Romanum diffusum cognitum non fuisse.

XIX. Aelius Lampridius.

Jam Aeli Lampridi de cultu testimonium perscrutemus. De Commodo Antonino imperatore enim locutus tradit *sacra Mithriaca homicidio vero polluit, cum illic aliquid ad speciem timoris vel dici vel fingi soleat*[1]). Quae verba, cum ex iis multi homines collegerint homicidia ad mysteria illa peragenda esse facta, accuratius sunt explananda. Mihi quidem e traditis contrarium illius sententiae intellegendum videtur esse. Nam cum gravissimis verbis scriptor narrasset Commodum nefanda ratione sacra Isidis coluisse, meminit ac tradit memoriam caedis ab eo ad Mithram colendum peractae. Cum enim Lampridius in illa re crudelissime imperatorem egisse narret, verbis *cum illic aliquid ad speciem timoris vel dici vel fingi soleat* nos docet usu modo cultus illum homicidium perpetrasse. At ex verbis ipsis intellegas id unum cultu actum esse, ut qui initiarentur, cum aliquid ad speciem timoris vel dici vel fingi soleret, impavidos ostentarent animos. Verbis, quibus scriptor utitur, cognitis putes sive ensibus sive aliis armis mortis periculum, quod aequo animo sustinendum erat, intentatum illis fuisse. Qua in re saepius hominem casu esse necatum quis est qui negare possit. At verbo *homicidio* constat Commodum quidem virum, quem initiandum Mithriacis habuit, ex voluntate necasse nefarie. Item ex significatione *polluit* intellegas hominum mactationem Mithrae cultores valde esse detestatos. Commodum autem nefando modo gentilium cultus semper egisse ut aliis testimoniis ita

[1]) ed H. Jordan et F. Eyssenhardt. Scriptt. hist. aug. I 94,20—21. Commod. Antonin. 9. Berolini 1864. 8°

Aeli verbis confirmatur. Addam scriptorem nostrum a Mithriacis se non abhorrere se coarguere, cum et *Mithriaca polluit* dicat et reliquis demonstret se accuratissime de cultu ipso certiorem fuisse factum. Cum autem tempore vixerit eo, quo Mithrae cultus nemini non innotuisset, num Dei Solis cultor fuerit dubium videtur esse. Sed id quoque statuendum esse puto ex hac re, cum Commodus praeter omnes imperatores nefaria superstitione nec non incestis libidinibus excelleret neque sincera animae pietate ad deos colendos duceretur, non colligi posse tum Mithrae cultum tantis in honoribus esse versatum, ut imperator ipse eum colere deberet. At arcana seu mysteria Mithriaca, cum satisfacerent pravis animi illius imperatoris contentionibus, illo iam tempore valde esse depravata Lampridi quoque testimonium nos docet.

XX. Himerius.

Adnumero ad testimonia exposita verba Himerii *Ἡλίῳ Μίθρᾳ ψυχὴν καθάραντες καὶ βασιλεῖ τῷ φίλῳ θεοῖς ἤδη διὰ θεῶν συγγενόμενοι, φέρε τινὰ τῷ τε βασιλεῖ καὶ τῇ πόλει λόγον ἀντὶ λαμπάδος ἀνάψωμεν* [1]). Ad quae addenda sunt orationi illi praescripta haec *εἶτα πρὸ τῆς ἐπιδείξεως τελεσθεὶς τὰ Μιθριακὰ μυστήρια, εἴς τε τὴν πόλιν καὶ βασιλέα τὸν καὶ τὴν τελετὴν ἱδρυσάμενον διείλκεται.* Ac primum quidem ex scriptoris verbis ipsis Soli Mithrae quoque animas esse purgatas et ab orationem habituro illum Deum esse invocatum elucet. Tum cognoscas Himerium, scribam imperatoris, Julianum *φίλον θεῶν* nominare et affirmare se cum eo per deos esse coniunctum. Quamvis autem constare videatur et imperatorem et scriptorem, cum Mithrae sacris favissent, familiaritate usos esse, tamen vereor, ne verbis praescriptis declamationi fidem omnino tribuam. Verisimile enim est eum, qui illa scripsit, ex Himerii verbis illa tantum iudicasse. Conferenda cum Himerii testimonio quoque

[1]) ed. Fr. Dübner (cf. Eunapius) 60, 33—36. 30—33 (502—514) Declam. XXIV Or. VII. Parisiis 1849. 4°.

sunt quae Eunapius tradit. Quo facto pro certo habeas, quin Julianus imperator ut omnibus paganorum dis ita Mithrae fuerit addictus, dubitari non posse. Tamen eum et Mithriaca tum primum peregisse et Mithriacis initiatum fuisse credibile tantum, non certum esse statuo his verbis.

XXI 1. Gregorius Nazianzenus.

Apud Gregorium Nazianzenum de Dei Solis Mithrae cultu legimus verba haec *οὐδὲ Μίθρου κόλασις ἔνδικος, κατὰ τῶν μυεῖσθαι τὰ τοιαῦτα ἀνεχομένων* [1]). E quibus paucis graviora quaedam esse cognoscenda exponam. Vidimus enim scriptorem, cum verbo *ἀνεχομένων* utatur, pro certo habuisse initiationis poenas sive probationes non omnes sustinuisse cultus cultores. Tum indicat Gregorius poenas illas etsi gravissimas iustas fuisse, qua re intellegere possumus odium christiani scriptoris in venerationem illam fuisse maximum atque acerrimum.

XXI 2. Gregorius Nazianzenus.

Alio loco orationum Gegorii reperiuntur verba haec *εἵλκετο διὰ πλατειῶν, ὠθεῖτο καθ' ὑπονόμων. τῶν τριχῶν εἵλκετο, οὐκ ἔστιν ὅτου μὴ μέρους τοῦ σώματος μιγνυμένης τῇ αἰκίᾳ τῆς ὕβρεως, παρὰ τῶν ἀξίως ἐν Μίθρου ταῦτα κολαζομένων* [2]). Pessimam de Dei Solis Mithrae cultu scriptorem nostrum duxisse sententiam, haec quoque verba ostendunt. Commemorat enim, cum inhumanam ac nefandam senis cuiusdam christiani dilacerationem a paganis perpetratam narret, cultores Mithrae similia peregisse atque iuste ei initiandos ea esse passos affirmat. Quam ob rem mihi quidem videtur Gregorius eos, qui Mithram coluerint, pro paganis omnibus nominare. Immerito autem scriptorem dicere re vera solis Dei cultores iis malis, quorum mentio fit, esse affectos iudices. Verisimile enim est Gregorium, cum de probationibus audiverit, nefandas nec non crudeles esse eas, esse suspicatum.

[1]) ed. J. P. Migne, Patr. curs. ser. graec. post. XXXVI 340 B 12—13 (680) Greg. opp. II. or. XXXIX. In sancta lum. 5. Paris 1858. 8⁰.)

[2]) l. c. XXXV 620 A 88—89 (123) Greg. opp. I. or. IV Contra Julianum I 89. Parisiis 1857. 8⁰.

Investigandum est aliud quoque Gregorii testimonium. In citata enim contra Julianum oratione prima loquitur *καὶ τὰς ἐν Μίθρου βασάνους καὶ καύσεις ἐνδίκους τὰς μυστικάς* [1]). Primum statuo de veneratione Dei Invicti apud Romanos loqui scriptorem, cum alium non nominet populum. De mysteriis ipsis hoc quoque loco tantum tradit Gregorius initiandos cultui probationibus fuisse subiectos. Iterum furor inhumanissimus in Mithriaca ex verbis illis elucet. Quis enim est qui credat christiano scriptori veniam esse dandam affirmanti ad Mithrae mysteria peragenda homines summo cum iure esse combustos.

XXI 3. Gregorius Nazianzenus.

Restant explicanda Gregorii verba,

Καὶ νυχίης Ἑκάτης κακὰ φάσματα, ὡς δὲ ναοῖο
Μιθραίου κακὰ ἔργα καὶ ὄργια οὐκέτ' ἄπυστα [2]).

XXI 4. Gregorius Nazianzenus.

Dubitari autem non posse puto quin verba *ὄργια οὐκέτ' ἄπυστα* pertineant ad Mithram. Quae cum ita sint, cum ex vocibus *κακὰ ἔργα* nil accuratius efficiatur id modo ex his rursus intellegas, quamvis diu Mithriaca arcana ignota fuerint, tamen Gregorii temporibus cultus illius mysteria multis non iis initiatis fuisse cognita. Memorandum quoque est verbum *ὄργια* minime idem significare quod nos eodem usi nunc exprimimus, quapropter falso iudices de ratione ipsa cultus hoc verbo quaedam dici. Quid sibi velint verba *οὐκέτι ἄπυστα* pro certo non habeo, nisi cogitandum est de arcana cultus peractione. Addo ex omnibus Gregorii testimoniis elucere eum Mithriaca vituperare quam cognoscere maluisse.

XXII 1. Flavius Claudius Julianus Apostata

Julianus autem imperator non solum de seditione illa, diligentius alio loco explicanda, ob repurgationem Mithraei Alexandriae exorta, scripsit sed etiam in oratione quarta *εἰς*

[1]) l. c. XXXV 592 A 97—98 (109) Greg. opp. I. or. IV. Contra Julianum I 70.

[2]) l. c. XXXVII 1572 A (1084—1085) Greg. opp. II carm. II hist. II 7, 265—266. Ad Nemesium. Parisiis 1862. 8⁰.

τὸν βασιλέα ἥλιον πρὸς Σαλούστιον tradit haec *οἱ μῆνες ἅπασι μὲν τοῖς ἄλλοις ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀπὸ τῆς σελήνης ἀριθμοῦνται, μόνοι δὲ ἡμεῖς καὶ Αἰγύπτιοι πρὸς τὰς ἡλίου κινήσεις ἑκάστου μετροῦμεν ἐνιαυτοῦ τὰς ἡμέρας. εἴ (δὲ* Spanhemius, *σοι* Hertlein) *σοι μετὰ τοῦτο φαίην, ὡς καὶ τὸν Μίθραν τιμῶμεν καὶ ἄγομεν Ἡλίῳ τετραετηρικοὺς ἀγῶνας, ἐρῶ νεώτερα*[1]). Quibus verbis primum sine ullo dubio cognoscendum est Julianum ipsum Mithriacis fuisse initiatum, tum illo tempore cultum palam propagatum exstitisse. Puto autem vocibus *ἐρῶ νεώτερα* id unum significari argumentum de Mithra cultu esse novissimum. Iam verba *ἄγομεν Ἡλίῳ τετραετηρικοὺς ἀγῶνας* interpretari volo. Etsi credas illos ludos ad Mithriaca ipsa pertinuisse, tamen, cum scriptor hoc loco verbum *Ἡλίῳ* adhibeat, pro certo habeo illos, ex Dei Solis vetere cultu ortos, postea cum Mithrae Dei veneratione esse commixtos. De certaminibus illis, cum plura neque Julianus neque alius scriptor narret, nil certius habemus.

XXII 2. Flavius Claudius Julianus Apostata.

Alio quoque eiusdem orationis loco Julianus de Mithra loquitur. Verba enim haec *πρὸ τῆς νουμηνίας, εὐθέως μετὰ τὸν τελευταῖον τοῦ Κρόνου μῆνα, ποιοῦμεν Ἡλίῳ τὸν περιφανέστατον ἀγῶνα, τὴν ἑορτὴν Ἡλίῳ καταφημίσαντες ἀνικήτῳ, μεθ' ὃν οὐδὲν θέμις ὧν ὁ τελευταῖος μὴν ἔχει σκυθρωπῶν, μέν ἀναγκαίων δ' ὅμως, ἐπιτελεσθῆναι θεαμάτων*[2]). Verbis quidem *Ἡλίῳ Ἀνικήτῳ* Mithram significari quis est qui neget. De re ipsa autem narrata multa in discrimine vertuntur. Primum quod tempus certaminis sit statuendum investigemus. Credas verbo *νεομηνίας* primam partem circuitus lunae denotari, at ego quidem persuasum habeo novum mensem significatum esse cognoscendum. Quae cum ita sint cumque vocabula sequantur *μετὰ τὸν τελευταῖον τοῦ Κρόνου μῆνα*, intellegas, nisi Petavii coniectura vocem *μὴν* e glossemate esse, qua Mithriaca statim post ultimum Sa-

[1]) ed. F. C. Hertlein 201, 6—11. 155 B. Lipsiae 1875. 8°.
[2]) l. c. 202, 24—203, 1. 156 B.—C.

turnalium spectaculum esse celebrata constat, sequaris, tempus fixum erui non posse. Attamen recte putemus certamina illa Mithriaca mense anni ultimo exeunte celebrasse Romanos. De quibus ipsis, quae narrat scriptor noster, minime perspicua esse quis est quin noverit. Quam ob rem id unum statuo Juliano teste ab illis certaminibus omnia graviora nec non misera omnino abhorruisse. Alios esse hic, alios alio loco commemoratos ludos ex verbis ipsis elucet. Afferre liceat diem natalium Christi sacrum Mithrae a Romanis habitum esse. Qua de re memoria dignissima ne coniiciam caverim.

XXII 3. Flavius Claudius Julianus Apostata.

Restant Juliani in Convivio (Caesares) verba *σοὶ δέ, πρὸς ἡμᾶς λέγων ὁ Ἑρμῆς, δέδωκα τὸν πατέρα Μίθραν ἐπιγνῶναι· σὺ δ' αὐτοῦ τῶν ἐντολῶν ἔχου, πεῖσμα καὶ ὅρμον ἀσφαλῆ ζῶντί τε σεαυτῷ παρασκευάζων, καὶ ἡνίκα ἂν ἐνθένδε ἀπιέναι δέῃ, μετὰ τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος ἡγεμόνα θεὸν εὐμενῆ καθιστὰς σεαυτῷ*[1]). Optime hoc loco mihi erui posse videtur quid imperator ille de cultu Dei Solis Invicti cogitaverit, quanti Mithram habuerit. Ad convivium enim illud a Romulo datum invitatos fingit deos omnes nec non imperatores scriptor noster atque narrat certamine imperatorum finito unumquemque cum eo deo, quem maxime esset veneratus, esse coniunctum. Qua re narrata, verba quae cognoscenda habemus leguntur. Apparet igitur Julianum imperatorem prae ceteris deis coluisse Mithram. Notandum quoque est, cum deus ille imperatori comitis optimi loco tribuatur, minime imperatorem illum veneratum esse talem Mithram, qualem fictum a scriptoribus ecclesiasticis et cognovimus et cognoscemus.

XXIII 1. Firmicus Maternus.

Jam ad tria illa eaque gravia Firmici Materni testimonia progrediamur. Primum loquitur scriptor ille de Mithrae cultu in capite quinto libri, qui inscriptus est: De errore profanarum religionum — his verbis *virum vero*

[1]) l. c. 432, 1—6. 336 C.

abactorem boum colentes sacra eius ad ignis transferunt potestatem, sicut propheta eius tradidit nobis dicens Μύστα βοοκλοπίης, υἱὲ δέξιε πατρὸς ἀγαύου. Hunc Mithram dicunt, sacra vero eius in speluncis abditis tradunt, ut semper obscuro tenebrarum squalore demersi gratiam splendidi ac sereni luminis vitent [1]. Facile intellegas haec verba, quamvis dicta sint de Persarum religione, tamen ad id quoque quod intendimus pertinere. Primum quis sit *propheta eius* cognoscas. Atque ego quidem, cum verba sequantur, quae sunt *tradidit nobis*, persuasum habeo scriptorem hominem significare velle qui uberius de ea re egerit. Nam quis alio modo propheta nominari potuit, nisi scriptor, qui magno cultus amore imbutus eum laudare quam de eo vera tradere maluerit. Ex verbo ipso quod est *prophetae* graeco sermone quin usus sit dubium non est. Verisimile autem videtur esse in illis de Mithrae cultu libris eum non solum de Persarum sed etiam de Romanorum illius Dei cultu tradidisse, cum graecis verbis quasi sententiam gravissimam religionis illius reddat. Atque scriptor, utrum de Eubulo aut Pallante cogitaverit necne, erui nequit. De rebus ipsis, quas verba graeca significant, quamvis fruitus sim coniecturis virorum doctorum, tamen quae certa statuam mihi quidem desunt. Porphyrium autem Mithram boum abactorem nominare et narrare Persas sacra eius ad ignis transferre potestatem notes. Quibus verbis fidem tribuens credas prophetam illum distinctius quoque de Persarum cultu egisse, praesertim cum nullo alio loco tradatur Romanos quoque Mithram cum igni composuisse. Quae denique narrantur de speluncis abditis, cum multa de eis cognita iam habeamus, repetere longum est.

XXIII 2. Firmicus Maternus.

Aliud testimonium memorant, qui de cultu scripserunt, verba Firmici Materni *Χαῖρε νύμφιε, χαῖρε νέον*

[1]) ed. C. Bursian 4, 16—21. (fol. 46 c 5). Lipsiae 1856. 8° Parisiis 1845. 8°.

φῶς [1]) tradentes. At mihi quidem quamvis Muenterus v. d. in editione sua capiti praeponat voces: In Mithriaca forte — minime satis constare videtur verba illa re vera ad Dei Solis Mithrae cultum pertinere. Quam ob rem, cum ea commemoraverim, satisfecisse mihi videor.

XXIII 4. Firmicus Maternus.

Restant Firmici Materni verba *Θεὸς ἐκ πέτρας* [2]). Quibus scriptorem Mithram significare velle decernendum est, praesertim cum alterius profani sacramenti signum illud esse affirmet. Itaque eadem fere dicit scriptor quae Commodianus tradit. Qua re cognita, cum optime Firmicum profanis religionibus studuisse ex iis quoque quae supra demonstravimus eluceat, his verbis et Commodiani testimonio fidem attribuentes statuimus Deum Solem Mithram et a Persis et a Romanis e saxis natum esse fictum.

XXIV. Hesychius.

Accedunt verba Hesychii Alexandrini
μίθρας. ὁ ἥλιος παρὰ Πέρσαις
Μίθρης. ὁ πρῶτος ἐν Πέρσαις θεὸς [3]).

Quae cum ita sint, dubitare non possumus quin scriptor verba *μίθρας* et *Μίθρης* inter se discrepare putet. Cum autem ceteri omnes, qui de ea re disseruere, statuant unum tantum Persarum deum Mithram fuisse, quis est qui credat hanc scriptoris sententiam cuiusdam esse pretii. Cum ita scriptorem Mithriaca Persica fere ignorasse nec non nisi de Persarum cultu locutum esse videamus, minime uberius investigemus, qua de causa dicta sint illa *ὁ πρῶτος ἐν Πέρσαις θεός*. At fortasse iure meritoque iudices Hesychio cultum Dei Solis per imperium Romanum diffusum non innotuisse.

XXV. Ambrosius.

Sed Ambrosius quoque pauca de Mithrae cultu tradit. In epistola enim duodecima libri secundi legimus *Quid*

[1]) l. c. 26, 14—15. (fol. c 19 b 18)
[2]) l. c. 28, 2—3 (fol. c 20 a 20). —
[3]) ed. M. Schmidt 1046, 23—30. Lexicon ed. min. ed. alt. Jenae 1867. 4°.

(ut de ipso respondeam quod queruntur) captarum simulacra urbium, victosque Deos et peregrinos ritus sacrorum alienae superstitionis aemuli receperunt? Unde igitur exemplum, quod currus suos simulato Almonis in flumine lavat Cybele? Unde Phrygii vates, et semper invisa Romanis non aequae Carthaginis numina? Quam Caelestem Afri, Mitram (sic habent codices optimi) *Persae, plerique Venerem colunt, pro diversitate nominis, non pro numinis varietate* [1]). Cum enim Symmachus urbi praefectus iussu senatus contenderet, ut cultus deorum veteres ritus circa deorum cultum servarentur, scriptor noster ecclesiasticus imperatorem orat atque obsecrat gravissimis verbis, ne haec fieri permittat. Quod ut efficiat ridiculum deorum cultum esse ostendens memorat quae supra demonstravimus. Ambrosium autem non clarius aut accuratius Mithrae cultum Romanum comperisse ex verbis elucet quae sunt *quam plerique Venerem colunt.* Ab illius enim deae cultu Dei Invicti apud Romanos propagatam venerationem valde divergisse quis est quin sciat. Cum autem neque a Symmacho, cuius litterae epistolae huic praescriptae exstant, neque a scriptore ipso distinctius exponatur quorum deorum templa sint restituenda, nil momenti habeas cur credas Cybeles praecipue cultum, minime autem Mithrae venerationem, tum Romae floruisse. Commemoro scriptorem ecclesiasticum prae ceteris sacris peregrinorum deorum Mithriaca ridicula duxisse, cum imperatori eorum commemoratione de vanitate gentilium religionis se persuasurum esse speraret.

XXVI 1. Hieronymus.

Jam ad quattuor illa Hieronymi de Dei Solis veneratione testimonia transeamus. Primum autem eorum reperis in commentario: In Amos. Postquam enim unumquemque adorare figmentum suum statuit, dicit *Ut Basilides, qui omnipotentem deum portentoso nomine appellat Ἄβραξας, et eumdem secundum Graecas literas,*

[1]) ed. F. Felix Cardinalis de Monte Alto V 202 C. D. Parisiis 1603. fol.

et, annui cursus numerum dicit in solis circulo contineri, quem ethnici sub eodem numero aliarum literarum vocant Μείθραν [1]). De Basilide quidem ipse narrat (*Apollonius stoicus natione Chaldaicus et*) *Basilides Scythopolitanus philosophi illustres habentur, qui verissimi quoque Caesaris praeceptores fuerunt.* Quamvis autem negari non possit ingeniose haec Basilidem, nisi ab alio acceperit, invenisse, tamen ea nullius pretii mihi videntur esse. Primum quidem quis ignoret, cum et cultum et nomen Mithrae a Persarum religione profecta esse constet, minime Graecos deum ab illis ad se translatum alio modo nominasse. Addendum quoque est scriptorem, ut numerum desideratum efficiat, verbo Μείθραν minime autem Μίθρας uti. Quapropter id unum intellegas Hieronymum, vocabulum Mithram graecae originis non esse, sive omnino ignorasse sive, cum Basilidis ingeniosas ineptias enarrasset, non satis habuisse cognitum.

XXVI 2. Hieronymus.

Alia quoque verba Hieronymus tradit de Mithrae apud Romanos cultu in epistola quadam ad Laetam. Quod testimonium, cum magni sit momenti, accuratius perscrutemur. Postquam enim dixit conversionem ad christianam religionem nunquam esse seriorem, exempli gratia memorat, Gracchum propinquum suum, cum praefecturam urbis gereret, specum Mithrae subvertisse, fregisse, excussisse. Longum est verba facere de Baronii v. d. coniectura „praetoriam" nec non de aliorum hominum rixa, utrum anno tricesimo septuagesimo sexto p. Chr. n. an anno tricesimo septuagesimo octavo p. Chr. n. Gracchus munus illud inierit. Statuimus modo restinctionem Mithriacorum Romae exeunte saeculo quarto p. Chr. n. esse peractam. Verbo autem specum recte intellegas ne illis quidem temporibus cultum palam templis usum floruisse; quam rem ita se habuisse docent quoque voces *subvertit, fregit, excussit.* Quibus narratis scriptor addit

[1]) ed. D. Vallarsi, ed. alt. VI 1 257 D. In Amos I 3. Venetiis 1768. 4°.

portentosis simulacris cultui initiatos esse cultores, quos significat vocabulis *Corax, Nymphus*, (Gryphus), *Miles, Leo, Perses, Helios, Dromo, Pater*[1]). Octo igitur eum gradus venerationi illi initiatorum cognovisse apparet. Quamvis autem credibile sit Gracchum ipsum propinqui sui, scriptoris nostri, familiaritate usum esse, tamen illum, qui Mithriacis minime faveret, Hieronymum de gradibus quoque initiationis certiorem fecisse a veritate alienum videtur esse. Aliis igitur testibus scriptorem ecclesiasticum hac in re enarranda usum esse constat. Portentosa autem simulacra Mithriaca fuisse ex iis quoque patet, quae a Sozomeno ac Socrate de repurgatione templi Mithrae Alexandriae tradita alio loco habemus cognoscenda. De initiatione ipsa cum traditis conferenda sunt quae Tertullianus [2]) narrat. At propositum mihi esse putes, ut de gradibus ipsis uberius hic disseram. Cum autem scriptor noster unus octo illas gradationes enumeret, neque eredam inscriptionum et imaginum testimonia unquam ad rem illustrandam afferre his quaestionibus prodesse, ne vaga coniectura utar, satis habeo affirmasse virorum doctorum iudicio his omnibus nominibus, patre excepto et Nympho pro virgine, Dromone pro cancro adhibitis, stellarum imagines significari. Sed utrum, cum obsides praemissi atque a Graccho dati baptismi Christi nominentur simulacra illa portentosa cultus Mithriaci destructa, ille quamvis faveret cultui Dei Solis, senatu iubente, devastaverit spelaeum illud, an scriptor tantum rhetorice neque minus dilucide disseruerit, discernere me non posse concedo. Verbis autem quae sequuntur constat Hieronymum valde esse gavisum Christianam religionem gentilium cultus magis magisque exstinxisse.

XXVI 3. Hieronymus. Hieronymi adnumeranda quoque sunt e libris: Adversus Jovinianum — verba. Tradit enim fere haec *Narrant et*

[1]) ed D. Vallarsi, ed. prim. I 672 D — 673 A. Ep. CVII 2. Veronae 1734. fol.

[2]) De Corona 15.

gentilium fabulae Mithram et Erichthonium, vel in lapide, vel in terra, de solo aestu libidinis esse generatos [1]). Quibus verbis similem sententiam exprimit scriptor earum, quas Commodianus et Firmicus Maternus, ut docuimus, exposuerunt. Ad rem a nobis enarrandam, id est ad cultum ipsum Romanorum, nil novi his verbis afferri quis est qui neget.

Altero loco libri adversus Jovinianum, quo Hieronymus de Mithra quaedam tradit, reperiuntur verba *Eubulus quoque, qui historiam Mithrae multis voluminibus explicuit, narrat*[2]). Quae cum ita sint, incertum esse puto, utrum scriptor ipse Eubuli libros an tantum ex Porphyrio aut ex aliis libris nomen illius ac scripta cognoverit. Primum quidem putes verbis quae sunt *multis voluminibus* patere Hieronymum Eubuli libros vidisse, cum autem Porphyrius narret *τοῦ Μίθρα ἱστορίαν ἐν πολλοῖς βιβλίοις ἀναγράψας* a veritate non abhorrere videtur, scriptorem ea verba in latinum sermonem tantum vertisse. Accedit ut Porphyrius quoque narret *διηγοῦντο δὲ οὗτοι εἰς γένη τρία, ὥς φησι Εὔβουλος ὅπερ τὴν τοῦ Μίθρα.* Quam ob rem ego quidem persuasum habeo Hieronymum neque Eubulum ipsum cognovisse neque alio teste usum esse sed hoc loco Porphyrium modo inspexisse. Commemorandum quoque est ea quae sequuntur verba tradita ab Hieronymo plane consentire cum iis, quae exposuit Porphyrius. XXVI 4. Hieronymus.

Notanda etiam sunt verba Eunapii *ἅμα τε γὰρ ὁ ἐκ Θεσπιῶν ἐγένετο πατὴρ ὢν τῆς Μιθριακῆς τελετῆς* [3]). XXVII. Eunapius.

[1]) ed. D. Vallarsi, ed. alt. II [1] 246 E — 247 A (I 7). Venetiis 1767. 4°.

[2]) ed. D. Vallarsi, ed. alt. II[1] 343 D — 344 A (II 14). Venetiis 1767. 4°.

[3]) ed. J. F. Boissonade 476, 4—6 (93—95) (52—54). Philostratorum et Callistrati opera rec. A. Westermann. Eunapii vit. soph. iterum ed. I. F. Boissonade. Himerii Sophistae declamationes em. F. Dübner. Parisiis 1849. 4°.

Scriptor enim haec addit ad narrationem de Juliani conventu cum sacerdote quodam Eleusiniarum dearum. Quae cum ita sint iure meritoque iudices illo tempore Eleusinia mysteria ab illis mysteriis Mithrae non aliena aut alienissima fuisse, nisi aliam causam, de qua scriptor hic de Deo Solis patre tradat, probabiliorem habeas. Ipse enim Eunapius, cum imperatore se tum fuisse Eleusine, tradit. Qua de causa verbis *καὶ ταῦτά γε οὕτως ἅμα τε γὰρ ἐγένετο* constat scriptorem aliud quoddam eodem tempore factum enarrare. Accedit ut indigenam Thespiarum oppidi vicini patrem Mithriacorum esse creatum narret. Qua de causa mihi quidem, quamvis verba quae sequuntur pertineant ad aliam rem, constat Eunapium de Mithrae cultu illo loco peracto loqui. Itaque statuendum videtur esse illo tempore Eleusine quoque Mithriaca esse perpetrata. Quae ita se habuisse eo quoque cognosci potest, quod *τῆς Μιθριακῆς τελετῆς* dicitur. Eis enim verbis scriptor non esset usus, nisi de sacris illius loci tradidisset. Utrum autem Eleusiniarum dearum cultus cum veneratione Mithrae commixtus fuerit, necne pro certo non habeo. Restat ut commemorem Eunapium sine dubio Mithrae sacris favisse. —

Addere liceat me ipsum Eleusine anno millesimo octingentesimo septuagesimo octavo specus Mithriacis peragendis idoneos vidisse.

XXVIII. Paulinus Nolanus.

Scriptorum ecclesiasticorum de Mithrae cultu narrationibus adnumeranda sunt verba Paulini Nolani

Quid quod et Invictum spelaea sub atra recondunt,
Quaeque tegunt tenebris, audent hunc dicere Solem?
Quis colat occulte lucem, sidusque supernum,
Celet in infernis nisi rerum causa malarum [1]).

Quae pauca multa praebent intellegenda. Primum, quia scriptor voce utitur quae est *recondunt*, elucet usque ad id tempus, quo Paulinus haec scripsit, Mithriaca in

[1]) ed. J. P. Migne, Patr. curs. patr. lat. tom. LXI 702. Poemata XXXVI 112—115. 703—706. Parisiis 1847. 8°.

spelaeis esse perpetrata. Tum cognoscas, quae Paulinus Nolanus de cultu ipso senserit, ex verbis quae sunt *nisi rerum causa malarum*. Summo enim cum iure scriptor ecclesiasticus miratur Solem in tenebris esse cultum, cum autem de rebus malis peractis loquitur ostendit se valde a Mithriacis abhorruisse. Restat ut affirmem minime esse credibile scriptorem verbis dilucidissimis et accuratissimis usum alios testes nisi optimos hac in re enarranda esse secutum.

XXIX. Claudius Claudianus.

Progressi reperimus Claudii Claudiani de Mithrae cultu testimonium. Stilichone ad foedus feriendum in Babyloniam misso verba leguntur haec

Pacem conciliant arae. Penetralibus ignem
Sacratum rapuere adytis rituque iuvencos
Chaldaeo stravere magi. Rex ipse micantem
Inclinat dextra pateram secretaque Beli
Et vaga testatur volventem sidera Mithram [1]).

Quae quis ignoret summi esse momenti. Nam de Mithra anno quodam saeculi quarti exeuntis a Persis culto a Romano nobis traditur scriptore aequali. Quattuor autem partes in cultu peracto sunt discernenda, primum thuris immolatio, tum ignis sacrati usus, porro iuvencorum mactatio, denique regis libatio. At interroges quid sibi velint verba quae sunt *penetralibus ignem sacratum rapuere adytis*. Equidem persuasum habeo ignem sacratum in adytis conservatum, ex iis ereptum aris palam esse iniectum, neque in penetralibus ipsis thus esse combustum. Sine ullo dubio tum boves omnibus inspectantibus sunt necati. Denique rex pateram sanguine aut vino completam libans Belum Mithramque adoravit. Ea fere tunc gesta sunt. Restat ut quae de Mithrae cultu ipso cognosci possint perscrutemur. Ac primum quidem verbis *chaldaeo ritu* nil nisi magorum ritum significari puto. Apud Persas enim Mithrae quoque

[1]) ed L. Jeep I 214—215. De cons. Stilichonis I (XXI) 59—63. Lipsiae 1876. 8°.

iuvencos mactatos esse non solum, cum Belo quoque hoc loco necarentur boves, auctore Claudiano verisimile est, sed etiam re vera statui potest, cum et Romanos, quibus Beli non erat cultus, boves ad Deum Solem colendum immolasse affirment scriptores. Verba autem scriptoris nos docent maximis honoribus tum Mithram floruisse apud Persas, cum tanta in re una cum urbis ocnditore Belo ei sacrificaretur. Minime autem huius rei testis, qui Mithrae a Romanis peractum cultum accuratius cognovisset, verbis usus esset *vaga volventem sidera*. Quibus omnibus expositis cultum Solis a Persis diu conservatum ab eo, qui per provincias imperii Romani esset dilatus, non valde abhorrere cognoscas. Nam, thure combusto excepto, de omnibus cognitis, id est de igni sacrato, de sanguinis aut vini libatione iam aliorum testimonia scriptorum intelleximus. Tamen stulte atque insane eos Mithriaca Romana investigare decerno, qui Persarum Dei Mithrae cultum idoneum ducant, qui quae in illis dubia aut absurda videantur expediat.

XXX. XXXI. Socrates et Sozomenus.

Restat ut uberius de seditione ob purgationem Alexandrinorum Mithraei exorta disseram. In qua re perscrutanda accuratiore expositione mihi utendum est, cum illis expositis scriptores affirment ad Mithriacum cultum efficiendum homines esse mactatos. Quae autem tunc gesta sunt prae ceteris Socrates et Sozomenus nobis tradunt, quorum testimonia maxima et gravissima nunc sunt exponenda. Aliorum enim scriptorum de ea re verba, scilicet Juliani (epist. 10), Libanii, Ammiani Marcellini (XXII 11, 3—11), Epiphanii (adv. haer. adv. anom. 1. haer LVI vel LXXVI) Vita Athanasii incerti auctoris (24) Photii (bibl. 258. 788 H) aut nil novi ad rem ipsam afferunt, aut scriptoribus nostris testibus narratarum rerum sunt usi. Ac primum quidem constare affirmo Socratem et Sozomenum, cum non multo post seditionem illam vixerint, optimos fontes id est aequalium testimonia, epistolas, alia scripta adhibuisse. Neque id agitur hoc

loco, ut controversias de scriptoribus omnes cognoscamus et enumeremus. Cum autem utrum alter alterum cognoverit necne non satis definitum sit, atque quae referuntur de Mithraei repurgatione idonea esse videantur, quae hanc quaestionem decernant, paucis commemorem, quae viri docti de hac re iudicaverint. Valesius [1]) v. d. quidem qui primus nec non optime de Socrate ac Sozomeno scripsit, quin hic illum excerpserit minime dubitat. At Holzhausenus [2]) hanc opinionem causis gravissimis refutavit, cum Rosenstein [3]) qui dissertationem Holzhauseni ignorasse videtur, Valesium recte iudicasse exponat. Aliorum sententiae, cum nil novi nos doceant, magni momenti non sunt.

Ac primum quidem quae de paganorum seditione illa referuntur pertractemus, deinde exhibeamus, quae de Mithrae cultu ipso cognosci possint, tum videamus, quae ratio sit inter scriptores illos ecclesiasticos, denique investigemus, quae de destructione templorum Theodosio iubente Alexandriae tradantur. Reperiuntur narrationes apud Socratem in libro tertio apud Sozomenum in libro quinto historiarum [4].[5]). Quas ad pertractandas Valesii v. d. versione latina, nonnullis modo eam corrigens locis, usus sum. Cum mirabili autem modo consentiant in enarrandis rebus scriptores illi christiani, proferam uniuscuiusque testimonium suo loco adhibens rerum ordinem explanatum.

---

[1]) in praefationibus editionum plurimarum.

[2]) F. A. Holzhausen, de fontibus quibus Socrates Sozomenus ac Theodoretus usi sint. Gottingae 1825. 4°.

[3]) J. Rosenstein, über das Verhältniss zwischen Olympiodor, Zosimus und Sozomenus. Forschungen zur deutschen Geschichte I a 165—204. Göttingen. 1860. 8°.

[4]) ed. R. Hussey. 3 voll. Oxonii 1853. 8°.

[5]) ed. R. Hussey, accurante J. B. anonymo quodam. 3 voll. Oxonii 1860. 8°.

Soc. I 387—395 (III 2—3). (173—176). Soz. II 455—458 (V 7) (189—190).

Nam cum Constantius imperator clero Alexandrinorum locum urbis vacuum atque iam inde a priscis temporibus neglectum et multa sordium colluvie refertum, in quo gentiles, Mithrae mysteria peragentes, homines immolare consuevissent, donasset atque Georgius episcopus, ut ecclesiam exstrueret, illum repurgari iussisset, in eo peragendo adytum est repertum, quo calvariae et iuvenum et seniorum aut simulacra atque instrumenta ridicula et peregrina ad sacra adhibita sunt patefacta. Quo facto cum Christiani operam dedissent, ut mysteria ad ludibrium exponerentur, ac traducere ea per urbem coepissent, pagani ira incensi, quam plurimi, in unum congregati, quodcumque obvium erat vice teli arripientes, contra Christianos, impetu, quo ne proximis quidem parceretur, facto, multos variis mortis generibus, sive gladiis, sive ensibus, sive fustibus, sive lapidibus, sive funibus exstinxere, nonnullos autem ad ludibrium huius signi christiani cruci affixerunt ac plurimos sauciarunt. Tum christiani a repurgando Mithrae templo destitere.

Illa fere sunt, quae ad Mithrae cultum cognoscendum scriptores nostri tradunt. Sed ut dilucidius videamus, quid de affirmata a Socrate hominum immolatione sit habendum, quae sequuntur quoque paucis pertractemus. Illa enim seditione repressa, cum magistratus Constantium mortuum ac Julianum imperatorem palam renuntiassent, denuo plebs tumultum commovit. Nam eo imperatore creato, qui Christianis minime favebat, populus Georgium episcopum, quem omnes iam diu clandestino nec non acerrimo odio persecuti erant, petere ausus abstractum raptumque, ab ecclesia dentibus infrendens, impetu statim represso, tum quidem in vincula coniecit. Paulo post autem, prima luce ad carcerem decurrentes, episcopum capiunt ac diversis mulcandi generibus proterentes et divaricatis pedibus concultantes, tractum ac dilaceratum ad camelum alligatum, cum per totum diem contumeliis eum affecissent, simul cum ipso camelo incendere. Quo facto cineres in mare proiecerunt, Ammiano Marcellino teste,

ne martyrii honoribus reliquiae eius dignae haberentur. Quo comperto, Julianus caedem Georgii moleste ferens, ad vindicandum erectus, expetiturus poenas ultimas, mitigatus est lenientibus proximis, missoque edicto acri oratione detestatus est scelus admissum, at plebi potius favens quam Christianis, litteris id dumtaxat obiurgavit, poenam autem remisit. Rem ita fere accidisse, Socrate et Sozomeno narrantibus constat.

Nunc, quae ex iis de Mithriacis a paganis peractis cognosci possint, intellegamus. Ac primum quidem, cum seditionem illam ortam esse anno trecentesimo sexagesimo secundo p. Chr. n. noverimus, e scriptorum verbis *ἐκ παλαιῶν τῶν χρόνων ἔρημος καὶ ἠμελημένος, συρφετοῦ τε γέμων πολλοῦ, ἐν ᾧ οἱ Ἕλληνες τὸ παλαιὸν τῷ Μίθρᾳ τελετὰς ποιοῦντες* Socratis et *τοῦτον γὰρ τὸν τόπον ἔρημον πάλαι γενόμενον* Sozomeni eluceat verisimile esse cultum Mithrae Alexandriae iam ineunte saeculo quarto p. Chr. n. exstinctum fuisse. Ex quo rem illis imperii Romani orientalibus locis, cum illam urbem quasi arcem venerationis idolorum et ethnicae philosophiae fuisse constet, non aliter se habuisse recte iudices. Deinde verba *κατὰ βάθους πολλοῦ* Socratis, quamvis adytum minime ipsum Mithreum at partem quandam eius fuisse et illa *τῷ ἀδύτῳ τοῦ Μιθρείου* significent, nos docent, cum rupibus ad exstruendum spelaeum uti non possent, paganos ad Mithriaca perpetranda specus quasi effodisse. Nil autem novi afferunt voces *μαγικὰς ἐτέλουν θυσίας καταμαγγανεύοντες τὰς ψυχάς*, cum opinionem tantum scriptoris esse facile cognoscas. Quae igitur res leviores omnes ac parvi pretii mihi videntur esse. Restant Socratis verba *ἐν ᾧ οἱ Ἕλληνες τὸ παλαιὸν τῷ Μίθρᾳ τελετὰς ποιοῦντες ἀνθρώπους κατέθυον* et *ταῦτα δὲ ἦν κρανία πολλὰ ἀνθρώπων νέων τε καὶ παλαιῶν, οὓς λόγος κατεῖχε πάλαι ἀναιρεῖσθαι, ὅτε ταῖς διὰ σπλάγχνων μαντείαις ἐχρῶντο οἱ Ἕλληνες* quibus obicienda sunt Sozomeni haec *ἐν ᾧ ξόανα μὲν ἴσως καὶ ὄργανά τινα εὑρέθη τῶν ἐνθάδε τότε μυόντων ἢ τελουμένων.* Quibus ita dis-

crepantibus scriptoribus in re gravissima liceat, ne inutile disseramus, primum de fontibus, quibus hoc loco testes usi esse videantur, paucis enarrare. Ac primum quidem statuendum est Socratem et Sozomenum, nisi alter alterum excerpserit, ex eodem fonte hausisse. Quae ad demonstranda quibus verbis fere consentiant ostendo:

Socrates.	Sozomenus.
τόπος ἐκ παλαιῶν τῶν χρόνων ἔρημος	τόπον ἔρημον πάλαι γενόμενον
Γεώργιος δέ βουλόμενος ἐν αὐτῷ εὐκτήριον οἶκον κατασκευάσαι, ἀνακαϑαρϑῆναι κελεύει τὸν τόπον καὶ δὴ ἀνακαϑαιρομένου ἄδυτον εὕρηται	Γεωργίου δὲ εἰς ἐπισκευὴν εὐκτηρίου οἴκου ἀνακαϑαίροντος, ἄδυτον ἀνεφάνη
οἱ οὖν Χριστιανοὶ ταῦτα εὑρόντες ἐν τῷ ἀδύτῳ τοῦ Μιϑρείου, σπουδὴν ἔϑεντο πᾶσιν ἐν τῷ φανερῷ γέλωτα δεῖξαι	ἃ τοῖς ὁρῶσι γέλοιά τε καὶ ξένα ἐδόκει
ἐξεπόμπευον δὲ εὐϑὺς γυμνὰ τῷ δήμῳ τὰ κρανία δεικνύοντες	δημοσίᾳ δὲ ταῦτα προϑέντες οἱ Χρστιανοὶ ἐπόμπευον ἐπιτωϑάζοντες τοῖς Ἑλληνισταῖς
πᾶν τὸ παρατυχὸν ὅπλον ποιούμενοι	οἱ δὲ ἑτέρῳ τῳ ὡς ἔτυχεν ὁπλισμένοι
ἀνεῖλον πολλοὺς ἐξ αὐτῶν	καὶ πολλοὺς ἀνελόντες
τοὺς μὲν γὰρ ξίφεσι, τοὺς δὲ ξύλοις ἤ λίϑοις	οἱ μὲν ξίφεσιν ἢ λίϑοις
τινὰς δὲ αὐτῶν καὶ ἐσταύρωσαν, ἐφ' ὕβρει τοῦ σταυροῦ	τοὺς δὲ καὶ σταυρώσαντες ἐφ' ὕβρει τῆς ϑρησκείας
τοὺς δὲ πλείστους τραυματίας ἐποίησαν	τραυματίας τοὺς πλείστους κατέστησαν
διὸ καὶ οἱ χριστιανοὶ τοῦ ἐκκαϑαίρειν τὸ Μιϑρεῖον ἐπαύσαντο	ἐκ δὲ τούτου, Χριστιανοὶ μὲν τὸ ἀρχϑὲν ἔργον ἀτελὲς ἐγκατέλιπον
καμήλῳ τε προδήσαντες.	καὶ καμήλῳ ἐπιϑέντες.

Quis est qui neget hoc scriptorum consensu dilucidissime cognosci posse Socratem ac Sozomenum in seditione illa enarranda ex iisdem fontibus hausisse. Nam Sozomenum non Socratem modo retractasse, cum ex aliis causis, quas Holzhausenus v. d. affert, elucere, tum hac quoque expositione cognosci posse, pro certo habeas. Cum igitur de simulacris in Mithreo quoque repertis idem reperirent fere narratum, at valde divergentia in re gravissima traderent, disquirendum est, uter ea, quae ex fonte hauserit, recte retractaverit. Mihi quidem quin Sozomeno de ea re narrata maior sit fides a nobis tribuenda dubium non est. Consentiunt enim scriptores christiani in adyto recondita ridicula visa esse. At hominum calvarias neminem puto ridiculas habere. Dicenti autem et calvarias et simulacra alia probabiliter recondita fuisse, obicio Sozomenum nunquam verba ὄργανα καὶ ξόανά τινα adhibiturum fuisse, si ei de calvariis repertis fuisset traditum. Sed Socrates cum ὄργανα καὶ ξόανά τινα non commemoret ipse efficit, ut interpolasse videatur. Quis autem est qui credat paganos aut plebem calvariis per urbem traductis irrideri potuisse, cum quo modo ad Mithram cultum pertinuissent nemo fere intellexisset. Accedit ut ossibus ostentatis minime gentiles ob ludibrium sed Christiani ob nefanda tunc cognita paganorum scelera commovissent seditionem. Quapropter, cum Socrates ipse verbis utatur γέλωτα δεῖξαι, se ipse iterum coarguit coniecturae. Quibus verbis recte nos iudicasse, ex eo quoque intellegi potest, quod scripsit Socrates κρανία νεῶν τε καὶ παλαιῶν. Nam magnitudinis differentiam, quae est inter crura iuvenum et virorum, cum esset minima, nemo qui fuisset tumultus illius particeps, satis cognovisset, minime quoque in narrandis aut in scribendis his rebus gestis tradidisset. Scriptor igitur verbis demonstrat se sive ab hominibus audivisse, sive scriptum invenisse ad Mithriaca perficienda homines, id est iuvenes et viros, esse mactatos. Quae cum recte se comperisse putasset

interpolavit. Deinde, quis immolationibus hominum a paganis nefande peractis libentius credidisset Socrate, qui christiana religione imbutus atque ecclesiae esset defensor. Rem ita se habere verbis quoque narrationi mactationis antepositis *οὓς λόγος κατεῖχε* elucet, quibus intellegi potest, nisi aliam eorum habeas interpretationem, scriptorem ipsum affirmare se omnia de Mithrae cultu hoc loco tradita nec satis certe cognovisse nec plane veritatem de iis comperisse. Quis autem est, qui, cum scriptor in tanta atque tam gravi re enarranda se fama usum esse ipse confiteatur, fidem ei tribuere velit, qui narrat, quae aliorum testimonio carent veritate. Denique Socratem seu coniecisse seu fabulas tradidisse, illud quoque nos docet, quod verbis minime claris de ea re loquitur. Quid enim sibi velint verba *μαγικὰς ἐτέλουν θυσίας καταμαγγανεύοντες τὰς ψυχὰς* me quidem fugit. Quam ob rem mihi demonstrasse videor in adyto quodam Mithrei Alexandriae anno trecentesimo sexagesimo secundo post Chr. n. hominum ad Mithram celebrandum crura nec reperta nec per urbem ad ludibrium paganismi esse traducta. Qua in re Socratis testimonio minima fides est tribuenda. Intelleximus igitur Sozomenum accurate ea quae tradita erant retractasse. Sed haec hactenus. — Addere liceat omnibus a nobis cognitis satis constare Mithriaca ab hominum immolatione valde semper abhorruisse. — Restat novum quod repperi argumentum Sozomenum Socratis scriptis non esse usum. Sozomenus enim nunquam, ut supra paucis diximus, si verba *κρανία ἀνθρώπων πολλὰ νέων καὶ παλαιῶν* legisset *ξόανα μὲν ἴσως καὶ ὄργανα* scripsisset. Hominum enim ad colendum deum mactatione prae ceteris illius temporis scriptor ecclesiasticus tanto esset affectus horrore, ut de ea re sane non tacuisset, sed sive idem quod, Socrates affirmavit, edixisset, sive eum nefariae crudelitatis accusasset. Quod argumentum, etsi parvum, tamen magni mihi pretii videtur esse.

Quibus de seditione illa a Socrate ac Sozomeno traditis accedunt quae ab hoc in libri septimi capite quinto decimo, ab illo in capite sexto decimo libri quinti narrantur. Non enim multo post, imperatore Theodosio iubente, Theophilus Alexandrinorum episcopus gentilium templa destruxit. Quo in peragendo *ἀνακαθαίρει μὲν τὸ Μιθρεῖον καὶ τὰ μὲν τοῦ Μιθρείου φονικὰ μυστήρια δημοσίᾳ ἐπόμπευε* teste Socrate, cum Sozomenus de Dionysii repurgato templo tantum narrat. Cum autem, etiamsi Dionysii quoque sacro adytum adhaesisse minime incredibile sit, adytum Mithrei Alexandrini partem quandam fuisse constet et Sozomenus tradat *τῶν ἀδύτων ἀνακαλυπτομένων*, tum Mithreum esse destructum, quis est qui neget. Sed iam mireris Socratem iterum de *φονικὰ μυστήρια* loqui. At mihi ea verba novum modo argumentum me recte de ea re iudicasse afferre videntur. Scriptorem enim coniecisse ex verbis ipsis elucet, cum quid significent *φονικὰ μυστήρια* intellegi non possit. Nam *μυστήρια* ipsa, qua ratione praeponere potuisset episcopus christianus, ac *φονικά* quae alia significare velint, nisi gladios aut enses, quos nemo ad Mithrae cultum adhibitos fuisse cognovisset. — Sed ut uberius hanc rem perscrutemur liceat paucis quae sequuntur exponere. Socrates enim refert *ὡς ἦσαν οἱ δύο γραμματικοὶ Ἑλλάδιος καὶ Ἀμμώνιος παρ' οἷς ἐγὼ κομιδῇ νέος ὢν ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει ἐφοίτησα* et *ἐπὶ τούτῳ πάνυ ἀνιώμενον οἶδα Ἀμμώνιον τὸν γραμματικόν, ὃς ἔλεγε δεινὰ πεπονθέναι τὴν Ἑλλήνων θρησκείαν . . . Ἑλλάδιος δὲ παρά τισιν ηὔχει, ὡς ἐννέα εἴη ἄνδρας ἐν τῇ συμπληγάδι φονεύσας.* Omnibus verbis intellegi potest Socratem illis grammaticis in exponenda historia ecclesiae Alexandrinorum testibus usum esse, nec non cum dicat *παρά τισιν* cum aliis communicasse de ea re qui participes illius seditionis fuissent. Ammonium et Helladium cum prior tumultus ob Mithrae templi purgationem oreretur, Alexandriae vixisse et de eo quoque Socrati multa narrasse, quamvis verisimile sit, tamen omni dubio non

vacat. Sozomenum autem cum illis consuetudine fuisse coniunctum non credam, cum et eam rem taceat et consensum eius cum Socrate sine dubio ex iisdem litteris, edictis, libris minime autem ex iisdem colloquiis cum aliis originem duxisse sane constat. Quibus cognitis Socratem uberius quidem de illis rebus gestis disseruisse mirabile non est. De Mithrae autem cultu id unum cognosci potest Mithreum Alexandriae a priore seditione usque ad eum tumultum conservatum stetisse. Mithriaca ipsa duce Socrate denuo esse peracta cum *φονικὰ μυστήρια* iterum reperta esse tradat, quis est qui credat, cum iam anno tricesimo sexagesimo secundo Mithrae sacrum *ἐκ παλαιῶν τῶν χρόνων ἔρημον* fuisse ac minime fidem Socrati hac in re enarranda tribuendam esse statutum sit.
Ista fere quae de Mithreo Alexandriae devastato memorabilia mihi videntur esse.

XXXII 1. Nonnus Panopolitanus.

Bis Nonnus Panopolitanus Mithram memorat. Verba autem leguntur haec

ἢν ἐθέλῃς, πόδα κάμψον ὁμούριον εἰς χθόνα Μήδων.
κεῖθι μολὼν ἀγόρευε χοροστασίας Διονύσου.
δείξω Βάκτριον οὖδας, ὅπου θέος ἔπλετο Μίθρης
Ἀσσύριος Φαέθων ἐνὶ Πέρσιδι[1]) . . . .

Scriptor igitur narrat Mithram a Bactris praecipue esse cultum. At cognoverat originem venerationis illius persicam ac compertum habebat Mithrae cultum a solis veneratione non abhorrere. Plura de propagatione religionis Mithriacae e comparatione verborum *βάκτριον*, *Ἀσσύριος*, *Πέρσιδι* esse cognoscenda mihi non videntur. Porro intellegas cultum Dei Mithrae apud Romanos diffusum scriptori probabiliter non innotuisse.

XXXII 2. Nonnus Panopolitanus.

Altero loco Nonnus Panopolitanus de Mithra loquitur haec

[1]) ed. A. Koechly I 314. Dionysiaca XXI 246—249. Lipsiae 1857. 8°.

εἴτε Σάραπις ἔφυς, Αἰγύπτιος ἀνέφελος Ζεύς,
εἰ Κρόνος, εἰ Φαέθων πολυώνυμος, εἴτε συ Μίθρης,
Ἥλιος βαβυλῶνος, ἐν Ἑλλάδι Δελφὸς Ἀπόλλων[1]).

Ac primum quidem constat scriptorem nil novi illis verbis de rebus Mithriacis afferre. Tum cognoscas voces *Ἥλιος Βαβυλῶνος*, *Ἀσσύριος*, *Πέρσιδι*, quas supra cognovimus, alterum praebere argumentum Nonnum id unum pro certo habuisse Mithram a compluribus Asiae populis adoratum esse.

XXXIII. Martianus Capella.

Pauca quoque disseruit de Deo Sole Invicto Martianus Capella. Versus enim hi

Nam tenebras prohibes retegis quod caerula luce,
hinc Phoebum perhibent prodentem occulta futuri,
vel quia dissolvis nocturna admissa, Iseum!
te (i. e. Solem) *Serapin Nilus Memphis veneratur Osirim*
dissona sacra Mithram Ditemque ferumque Typhonem[2]).

Verba autem, cum vocabulo *dissona* barbara significetur, scriptorem tantum cognovisse Mithram Solis loco barbaros habuisse nos docent. Quae cum ita sint, intellegas Martianum probabiliter latuisse cultum illum per imperium Romanum esse propagatum.

XXXIV. Zosimus.

De Aureliani imperatoris autem cultu Mithrae recte nos Flavii Vopisci testimonia investigantes iudicasse ostendit Zosimus, cum idem de Palmyrae templo Dei Solis illius iussu restituto nec non copiosissime exornato fere narret et addat Aurelianum *τὸ τοῦ Ἡλίου δειμάμενος ἱερὸν*[3]) fecisse. Eis quoque verbis mihi quidem intellegi posse videtur imperatorem summo cum studio cultorem fuisse Dei Solis. Cuius rei cognoscendae causa liceat edocere verbis *Ἡλίου τε καὶ Βήλου καθιδρύσας ἀγάλματα*, cum Solem et Belum Persas esse veneratos pro

[1]) l. c. II 224. XL 399—401. Lipsiae 1858. 8°.
[2]) ed. F. Eyssenhardt 48, 25—29. De nupt. philol. et Merc. II 191. 43 G. Lipsiae 1866. 8°.
[3]) ed. J. F. Reitemeier 79—80. Histor. I 61, 4. Lipsiae 1784. 8°.

certe habeamus neque negari possit Mithriaca Romana ex illorum cultu originem duxisse, omnino quin Aurelianus Mithrae venerationi valde faverit non esse dubitandum.

XXXV. Dionysius Areopagita.

Liceat investigare quoque verba quaedam de Mithra epistolarum quae summa cum iniuria Dionysio Areopagitae tribuuntur. In epistula enim septima reperimus voces *Φησὶ δὲ πάντως Ἀπολλοφάνης, οὐκ εἶναι ταῦτα ἀληθῆ· μάλιστα μὲν οὖν τοῦτο ταῖς Περσῶν ἱερατικαῖς ἐμφέρεται φήμαις, καὶ εἰσέτι μάγοι τὰ μνημόσυνα τοῦ τριπλασίου Μίθρου τελοῦσιν. Ἀλλ᾽ ἐξέστω αὐτῷ τούτοις διὰ τὴν ἄγνοιαν ἢ τὴν ἀπειρίαν ἀπιστεῖν* [1]). Primum statuendum esse censeo, quamvis fuerint qui scriptorem harum litterarum discipulum illum apostolorum christianorum Dionysium [2]) fuisse putent, tamen constare e multis ipsius sententiis consequi, ut ineunte saeculo sexto p. Chr. n. floruerit. Falso igitur Dionysio Areopagitae litterae addicuntur. Quae cum ita sint, id unum cognoscas illo etiam tempore apud Persas Mithram fuisse cultum. De re ipsa enim accuratius, cum verbis scriptor utatur minime dilucidis facere verba nec rem iuvare nec meum esse credo.

XXXVI Lactantius (Lutatius) Placidus.

Veterum scriptorum ad testimonia addenda quoque sunt verba, quae Lactantius Placidus Papinii Statii Thebaidem explicans commentatus est. Sunt enim haec

Seu te roseum Titana vocari:

dicit Apollinem a diversis gentibus variis appellari nominibus. apud Achemenios enim Titan, apud Aegyptios Osyris, apud Persas, ubi in antro colitur Mytra vocatur.

Seu praestat Osyrin:

Secundum Aegyptios, qui Osyrin Solem interpretantur, per quem pro ventum frugibus existimant posse contin-

[1]) ed. J. P. Migne, Patr. curs. ser. graec. III 1, 1081 A. 594. Parisiis 1857. 8⁰.

[2]) Acta apostolorum XVIII 34.

gere. quae sacra primum Persae habuerunt, a Persis Phryges, a Phrygibus Romani. Apud Persas Sol proprio nomine Mytra dicitur, ut Hostanes refert.

Seu Persei sub rupibus antri:

Persei ab Achemene, Persei et Andromedae filio, qui ibi imperavit; nunc Achemenii: ubi Apollinem Solem dicunt. Cuius et sacrorum ritus invenisse dicuntur.

Sub rupibus:

Persae in spelaeis coli Solem primi invenisse dicuntur. est enim in spelaeo Persico habitu cum tiara, utrisque manibus bovis cornua comprimens; quae interpretatio ad Lunam dicitur. Nam indignata sequi fratrem occurrit illi, et lumen subtexit. His autem versibus sacrorum mysteria patefecit. Sol enim, lunam minorem potentia sua et humiliorem docens, taurum insidens cornibus torquet. Quibus dictis Statius lunam bicornem intelligi voluit, non animalia quibus vehitur. Quod autem dicitur, torquentem cornua, ad illud pertinet, quod simulachrum eius fingitur reluctantis tauri cornua retentare: quo significatur lunam ab eo lumen accipere, cum coeperit ab eius radiis segregari.

Indignata sequi torquentem cornua Mytram:

Prius ordinem dicit, postmodum dicit sensum. Seu Mytram vocari praestat sub Persei antri rupibus torquentem cornua, indignata sequi. Sensus talis est, Persae in spelaeis solem colunt. Et hic sol proprio nomine vocatur Mytra, quique eclipsin patitur, ideo intra antrum colitur. Est autem ipse sol leonis vultu cum thiara Persico habitu, et utrisque manibus bovis cornua comprimens. Quae interpretatio ad lunam dicitur, quae indignata sequi fratrem occurit illi, et lucem ei obscurat. Nudavit autem mysteriorum partem. Sol ergo quasi lunam minorem docens, ideo taurum torquet. Mire autem cornua posuit, ut lunam manifestius posset exprimere non animal, quo illa vehi figuratur. Sed quia locus non est deorum istorum secreta iuxta tenorem internae philosophiae disserere, de figuris tamen quibus

creditur, paucis dicamus. Sol est ineffabilis, quia principale signum inculcat, et frenat leonem scilicet, idcirco et ipse hoc vultu fingitur: vel quod hic Deus caeteros sui nominis et potentiae impetu excellat, ut inter reliquas feras leo: vel quia sit rapidum animal. Luna vero quia proprius tauro adhaeret adducitque, ideo vacca luna figurata est. Caeterum divini et regii isti dii, ut comparentur in orbe, sic sunt expertes mortalis figurae, tam hominis, quam belluae; non habentes initium, terminum, vel quod interpoletur medium; ut dii minores, et reliqui, ut supra ipse ait, mox turba vagorum semideum. Id enim ratio aeternitatis ex postulat [1]).

De quibus plurimis pauca dicam. Ac primum quidem, quis est qui neget minime dilucide Lactantium disseruisse. Multa enim bis, multa aliis contraria affirmat. Quam ob rem ea tantum repetam, quae rectius a scriptore ac clarius tradita esse videantur. Tertius hoc loco nobis homo quidam innotescit, qui de Dei Solis apud Persas cultu scripserit. Cum enim Lactantius de nomine proprio Solis Persici dicit, addit verba *ut Hostanes refert.* De quo non plura tradita reperio. Quapropter equidem minime dubito affirmare Lactantio uno teste non constare re vera Hostanem quendam de Mithra verba fecisse. — Accuratius autem mihi investiganti verba scriptoris, cum persaepe narret, quae ex Statii tantum verbis minime eluceant neque alium nominet testem, persuasum est scriptorem ex Hostane, nisi aliud ei nomen fuerit, hausisse. Mihi quidem constat re vera simulacra Mithriaca esse descripta, neque scriptorem traditum narrationis genus adhibuisse, cum ipse illa vidisset. Jam singillatim graviora tradita paucis declaremus. Primum Mytram Apollinis loco a Persis in antris coli affirmat scriptor. Tum de propagatione cultus invenimus verba haec *quae sacra a Persis Phrygibus a Phrygibus Romanis innotuerre.* Summo iure haec dicta esse, quis est quin sciat. Conferenda enim sunt ea cum iis quoque quae Plutarchus de ea re tradit. Deinde notatur Persas in spelaeis Solem colere coepisse, quam sententiam rectam esse credas. Denique describitur Deus Persico habitu cum tiara utraque manu bovis cornua comprimens, quibus verbis, cum iis vera tradantur, quae supra de testimonii ratione diximus negari videntur. Idem statuendum est de vocibus *reluctantis tauri retentare* nec non *sol leonis vultu.* At memineris me de testimonio ipso non de singulis traditis dixisse. De scriptoris autem simulacrorum interpretatione, cum nullius fere pretii sit, est longum disserere. Inquisite autem Lactantium cultum investigasse apparet e verbis *hic est ..... quique eclipsin patitur, ideo intra antrum colitur.* Tamen horum traditorum nil nisi ea pro certo habeo, quae de Luna tauri imagine ficta nec non de figuris ipsis singillatim traduntur. Quae cum ita sint, Lactantium etsi uberius tamen non accuratius cultum explicasse, cognoscas et statuas me rectum egisse eo nullo loco ad Statii ipsa verba interpretanda usum.

[1]) ed. E. Cruceus 60 B—61 A, Opera P. Papinii Statii. (Ad versus 717—720 libri primi Thebaidos). Parisiis 1618. 4°.

XXXVII. Photius.

Photium quoque Mithram verbis *Μίθρον: Μίθραν νομίζουσιν εἶναι οἱ Πέρσαι τὸν ἥλιον· καὶ τούτῳ θύουσιν πολλὰς θυσίας* [1]) commemorasse et cultum Romanum Dei Mithrae probabiliter ignorasse, cum dixi, satisfecisse mihi videor.

XXXVIII 1. Nonnus Mythographus.

Testimoniis veterum scriptorum adnumerare liceat quoque, quae Nonnus Mythographus tradit. In capite enim: De Mithra — inscripto commentariorum in Gregorium Nazianzenum leguntur verba haec *ὁ τοίνυν Μίθρας νομίζεται παρὰ Πέρσαις εἶναι ὁ ἥλιος, καὶ θυσιάζουσιν αὐτῷ καὶ τελοῦσί τινας τελετὰς εἰς αὐτόν. οὐ δύναται οὖν τις εἰς αὐτὸν τελεσθῆναι εἰ μὴ πρότερον διὰ τῶν βαθμῶν τῶν κολάσεων παρέλθοι. βαθμοὶ δέ εἰσι κολάσεων, τὸν*

[1]) ed. R. Porsonus, Lexicon I 232, 6—7. Lipsiae 1823. 8°.

μὲν ἀριθμὸν ὀγδοήκοντα, ἔχοντες καὶ ὑπόβασιν καὶ ἀνάβασιν. κολάζονται γὰρ πρῶτον τὰς ἐλαφροτέρας, εἶτα τὰς δραστικωτέρας· καὶ εἶθ' οὕτω, μετὰ τὸ παρελθεῖν διὰ πασῶν τῶν κολάσεων, τότε τελεῖται ὁ τελούμενος αἱ γὰρ κολάσεις εἰσὶ, τὸ διὰ πυρὸς παρελθεῖν τὸ διὰ κρύους, διὰ πείνης καὶ δίψης, διὰ ὁδοποιρίας πολλῆς καὶ ἁπλῶς διὰ πασῶν τῶν τοιούτων[1]). Primum statuendum est nullo alio loco, Tertulliani verbis exceptis, a scriptoribus accuratius de probationibus illis dici. Tamen equidem persuasum habeo scriptorem nostrum ea ratione disserere non potuisse, nisi cognosset plura de cultu scripta; quae autem haec fuerint, incertum est. Sed cum Nonnus ignorare videatur a Romanis quoque Deum Invictum esse cultum et dubium sit, num is scriptor, quo Nonnus usus est fonte, putaverit Persas Mithrae initiandos probationes subire coegisse, intellegas Nonnum Mythographum non accurate a teste suo traditis studuisse. Quae cum ita sint, minimam fidem iis quae tradit, quamvis verisimilia ea esse negari nequeat, tribuendam esse duco. Ad describendos mores scriptoris addam monachum eum, cum videret Mithrae quoque cultores abstinentiae variae poenis et doloribus ad cultum educari, hanc gentilium Dei Solis venerationem non vituperare. Restat ut affirmem meo iudicio parvam fidem singulis traditis tantum, minime autem rei ipsi esse tribuendam.

XXXVIII 2. Nonnus Mythographus. Accedit secundum Nonni Mythographi testimonium, quod reperis in eiusdem libri capite, quod inscriptum est *περὶ τῆς ἐν τῷ Μίθρᾳ κολάσεως*. Verba enim haec *τὸν Μίθραν νομίζουσιν Πέρσαι τὸν ἥλιον εἶναι καὶ τούτῳ θύουσιν πολλὰς θυσίας, καὶ τελοῦνταί τινας εἰς αὐτὸν τελετάς. οὐδεὶς δέ δύναται τελεῖσθαι τὰς τοῦ Μίθρου τελετὰς, εἰ μὴ διὰ πασῶν τῶν κολάσεων παρέλθοι καὶ δείξει ἑαυτὸν ἀπαθῆ τινα καὶ ὅσιον. λέγονται δὲ ὀγδοή-*

[1]) ed. J. P. Migne, Patr. curs. ser. graec. XXXVI. 989 (Greg. opp. II.) Parisiis 1853. 8°.

κοντα εἶναι κολάσεις, ἃς κατὰ βαθμὸν δεῖ τὸν τελεσθησόμενον παρελθεῖν. οἷον πρῶτον διανήξασθαι ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ὕδωρ πολύ. εἶτα εἰς πῦρ ἐμβάλλειν ἑαυτὸν· εἶτα ἐν ἐρήμῳ διαιτηθῆναι καὶ ἀσιτῆσαι, καὶ ἄλλα τινὰ ἄχρις οὗ-ὡς εἴπομεν-τὰς ὀγδοήκοντα κολάσεις παρέλθοι. καὶ τότε λοιπὸν ἐμύουν αὐτὸν τὰ τελεώτερα, ἐὰν ζήσῃ[1]). Jam intellegas hic eadem fere quae loco citato a scriptore enarrari. Quam ob rem de his verbis eadem ratione esse iudicandum quis est qui neget. Recte me disseruisse, scriptorem nostrum non accurate cultum Mithrae habuisse compertum, cognoscitur quoque verbo *λέγονται*. Quam ob rem equidem puto a Nonno traditis fidem minimam esse habendam, praesertim cum paenitentiae, quas memorat, magis monachi christiani quam Mithrae cultoris sive Persici sive Romani esse videantur.

Restant alia Nonni de Mithra verba. Leguntur XXXVIII 3. Nonnus Mythographus.
enim alio loco verba haec *περὶ τῶν κολάσεων τοῦ Μίθρου. Τὸν Μίθραν ἄλλοι ἄλλως ἐνόμισαν. οἱ μὲν γὰρ τὸν ἥλιον, οἱ δὲ τὸν ἔφορον τοῦ πυρὸς, ἄλλοι δὲ εἰδικήν τινα δύναμιν. Γίνονται δὲ τούτῳ τῷ Μίθρῃ τινες τελεταὶ, καὶ παρὰ τῶν Χαλδαίων μάλιστα, οἱ δὲ τελούμενοι τῷ Μίθρῃ, κατὰ βαθμόν τινα ἐτελοῦντο κολάσεων· πρότερον δὲ τὰς ἐλαφροτάτας κολάσεις παρελάμβανον, καὶ εἶθ' οὕτως τὰς δραστικωτέρας· οἷον, πρότερον ἐλίμωττον αὐτοὺς τοὺς τελουμένους ἐπὶ πεντήκοντα ἡμέρας, εἰ τύχοι. εἶτα εἰ ἤγαγε καρτερικῶς, ἐποίουν αὐτὸν πάλιν ξεσθῆναι ἐπὶ δύο ἡμέρας. εἶτα πάλιν εἰς χιόνα ποιῆσαι εἴκοσιν ἡμέρας· καὶ οὕτως ἁπλῶς τὰς κολάσεις ἐπὶ τὸ μεῖζον κατὰ μικρὸν αὔξοντες· εἰ τελούμενος καρτερῶν ἐφαίνετο τότε λοιπὸν αὐτὸν ἐτέλουν τὰ τελεώτατα*[2]). De re ipsa haec. Primum scriptor affirmat cultum Dei Invicti apud Chaldaeos maxime floruisse. Quae sententia refutanda esse videtur, nisi verb[illegible] *[illegible]αλδαίων* plures gentes orientales significari cred[illegible] de Mithra ipso

[1]) l. c. 1009—1012.
[2]) l. c. 1072.

plus certi Nonnus non habet, cum varias de eo opiniones tradat. Restant denuo investiganda de probationibusipsis narrata. Quamvis enim ea re vera facta fuisse constet, tamen rursus abhorreo a fide verbis scriptoris danda. Dilucidissime enim hoc quoque loco scriptorem christianum eremitarum aut martyrum abstinentiae exercitationes quasdam narrare apparet, cum de famis et frigoris perpessione loquatur. Quid autem verba sibi velint *ἐποίουν αὐτοὶ πάλιν ξεσθῆναι ἐπὶ δύο ἡμέρας* in dubio est relinquendum. Quamvis igitur dubium non sit, quin probationes Mithrae sacris initiandis impositae sint, tamen cum ab omnibus scriptorum de ea re dictis fides sit aliena, desistamus de meliore earum rerum cognitione.

XXXIX. Suidas

Veterum scriptorum testimoniis adnumeranda quoque sunt Suidae verba

Μίθρου. Μίθραν νομίζουσιν εἶναι οἱ Πέρσαι τὸν ἥλιον, καὶ τούτῳ θύουσιν πολλὰς θυσίας· οὐκ ἂν εἰς αὐτὸν δυνήσαιτό τις τελεσθῆναι, εἰ μὴ διὰ τινῶν βαθμῶν παρελθὼν τῶν κολάσεων δείξει ἑαυτὸν ὅσιον καὶ ἀπαθῆ [1]). Cum autem eadem fere legerimus apud Nonnum Mythographum neque dubium sit, quin ex illo hauserit aut eodem fonte sit usus scriptor, non est cur verba ipsa iterum interpretemur.

XL. Eudocia Augusta Macrembolitissa.

Praetereunda esse nego verba [2]) de cultu Mithrae Eudociae Macrembolitissae, quamvis nil novi ex iis cognosci possit. Scriptor enim ille nihil fecit, nisi quod ex illis expositis Nonni Mythographi quaedam composuit. Qua in re eam non sine ulla ratione egisse intellegas, cum verba testis *ἐὰν ζήσῃ* minime repetat. Tamen summa cum iniuria iudices Eudociam rem accuratius investigasse. Quae cum ita sint, abhorreo a verbis ipsis tradendis uberiusque explicandis.

[1]) ed. J. Bekker, Lexicon 716. Berolini 1854. 4°.
[2]) ed. J. Flach 478, 19—479, 13. DCXLIX 291. Lipsiae 1880. 8°.

XLI. Nicetas Serroniensis.

Porro commemorem verba Nicetae Serroniensis *Mithram nonnulli solem esse dicunt. Huic festa peragebantur, ac praesertim apud Chaldaeos. Illi autem, qui huius sacris imbuendi erant, per duodecim suppliciorum genera ducebantur, nempe per famem, per ignem, per frigus, per verbera, aliosque huius generis cruciatus iustam autem huiusmodi poenam dixit Theologus, quod his suppliciis merito afficerentur, qui talibus rebus fidem haberent, ut mercedem erroris ab ipsis, quorum cultui se addixissent, acciperent, dum ab illis ita excruciarentur* [1]). Ac primum quidem credas scriptorem verba Gregorii nullo alio fonte usum explicasse. Cum autem et duodecim probationes fuisse et cultum apud Chaldaeos praecique floruisse affirmet scriptor, eum ab aliis quoque scriptoribus, Theologo Tertulliano excepto, certiorem de Mithrae cultum factum esse, constat. Tamen recte eum iudicasse Chaldaeorum Mithrae cultum praecipuum fuisse et duodecim suppliciorum genera re vera esse adhibita neges. Sed per famem, ignem, frigus, verbera, alios huius generis cruciatus Dei cultores initiatos esse a veritate alienum esse putes. Quae denique disserit de sententia Theologi scriptor, iuste illos illa esse passos, probabilia mihi videntur esse. De re ipsa autem nil novi scriptorem tradere quis est quin sciat.

XLII. Scholia in Platonem.

Restat ut verba, quae scholiastes quidam aut interpres ad locum quendam Platonis adnotavit commemorem. Sunt enim haec *ἐπειδὰν γὰρ ἑπτέτεις γένωντο* exponens dicit *ἢ ὡς τῷ Μίθρᾳ οἰκεῖον τὸν ζἀριθμὸν, ὃν διαφερόντως οἱ Πέρσαι σέβουσιν* [2]). Numerum autem septem Deo Mithrae sacrum fuisse, quamvis nullo alio teste confirmetur, cum septem probabiliter initiatorum fuisse cognoverimus gradus, credas scriptore teste. Cum autem

[1]) ed. J. P. Migne, Patr. curs. ser. graec. poster. CXXVII 1222. A—B (col. 339 B). In orat. XXXIX S. Greg. Paris 1864. 8°.
[2]) ed. D. Ruhnken, Scholia in Platonem 77 (*Εἰς τὸν πρῶτον Ἀλκιβιάδην*. 32 f.) Lugduni Batavorum 1800. 8°.

minime constet, quo tempore qui ea notavit vixerit et qua in civitate vitam degerit, nil nisi quae dixi hoc loco cognosci posse intellegas.

XLIII. Vita Athanasii incerti auctoris.

Reliquum est ut paucis notem in vita Athanasii incerti auctoris de exorto tumultu ob repurgationem Mithrei Alexandriae uberius verba facta exstitisse. Cum autem accuratius inquirenti minime sit dubium, quin e Socrate ac e Sozomeno omnia sint hausta, quae narrentur, nihil hoc loco de iis esse rursus disputandum affirmo.[1])

De testimoniis agitur.

Quibus omnibus intellectis, cum omnia quae scriptores vel Graeci vel Romani de Mithrae cultu tradant pervestigaverim, restat ut quae omnium inter se compositis scriptorum testimoniis afferenda sunt enarrem. Primum ea, quibus nil nisi de Persarum aut aliarum gentium orientalium religione scriptores nobis intellegenda praebent praetereunda esse puto. Sunt autem testimonia Herodoti, Xenophontis, Strabonis, Curti Rufi, Papini Stati, Plutarchi secundum, tertium, quartum, Apulei, Cassi Dionis, Athenaei, Porphyri quintum, Flavi Vopisci tertium, Epiphani, Hesychi, Ambrosi, Claudiani, Nonni Panopolitani, Martiani, Dionysi Areopagitae, Photi, Nonni Mythographi, Suidae, Eudociae Macrembolitissae, Nicetae, scholiorum in Platonem. Quam rei rationem adhibentem recte me fecisse puto, cum, etsi scriptores, qui multo tempore post exstinctionem illius cultus floruerunt, saepius, de Persarum religione dicentes fortasse nil tradunt, nisi quae ad Romanorum Dei Solis venerationem pertineant, abhorream ab illis testimoniis ad illius cultus peracti cognitionem adhibendis, nisi definitis verbis de Romanorum religione illa sint locuti. Quibus adnumerem verba quae nullius de re ipsa pretii vel maxime dubiae explicationis videntur

[1]) Athanasii opera. Sumptibus Michaelis Sonnii, Claudii Morelli, Sebastiani Cramoisy. Vitae p. 53 D — 54 A. Parisiis 1627. fol.

esse. Reperiuntur haec apud Lucianum in testimonio primo et secundo, in tertio Tertulliani, in primo Origenis, apud Porphyrium in secundo et septimo, in illo Arnobi, in Firmici Materni secundo, in Hieronymi primo. Restant igitur hoc loco investiganda tantum testimonia Plutarchi primum et quintum, Justini Martyris tria, Tertulliani primum, secundum, quartum. Origenis secundum, Commodiani, Porphyri primum, tertium, quartum, sextum, Flavi Vopisci primum, secundum, Aeli Lampridi, Himeri, Gregori quattuor, Juliani tria, Firmici Materni primum, tertium quartum, Hieronymi secundum, tertium, quartum, Eunapi, Paulini Nolani, Socratis et Sozomeni, Zosimi, Lactanti.

Quae cum ita sint, intellegas, cum scriptores ecclesiastici de cultu illo paganorum praecipue disseruerint, recte me egisse, cum minimam eorum verbis, quam semper potui, fidem addixerim. Omnes autem scriptores Zosimo, Lactantio exceptis, quin cum Mithriaca apud Romanos a Christo nato usque ad finem saeculi quarti floruisse pro certo habeamus, de re ipsa et scripta et narrationes aliorum hominum intellegere et Mithriaca ipsa perpetrata videre potuerint dubium non est. Qua de re primum memorandum esse duco Athenaeum affirmare Duridem de Mithrae apud Persas cultu scripsisse. Hostanem autem quendam de Deo Mithra disseruisse affirmat Lactantius. Porro Porphyrius saepius nominat Eubulum et Pallantem, qui de Mithriacis uberius egissent. Quorum alterum novit quoque Hieronymus. Addo Nicetam Gregorium testem commemorare. De scriptoribus illis neque de tempore quo vixerint neque de vitae ratione quam habuerint certe dici posse intelleximus. Quam ob rem iam ad res ipsas traditas perscrutandas progrediamur.

Primum quidem, cum Hieronymi de genitura dei verba tacenda esse putem et nullius pretii esse ducam quae Plutarchus de filio a Deo creato e saxo Diorpho tradit, iam de origine Dei habemus testimonia intellegenda haec: Plutarchus enim tradit Romanis cultum illum a piratis innotuisse, cum Lactantius affirmet Phryges a Persis, Romanos a Phrygibus Dei Invicti venerationem didicisse. Fidem autem attribuimus et

illi et huic. Cognovimus enim cultum illum tempore, quod Plutarchus indicat, a gente, quam Lactantius nominat, ad Romanos esse translatum. At statuimus de propagatione ipsa nec Plutarchum nec Lactantium plura aut probabiliora narrasse.

De exstinctione autem Mithriacorum memoranda sunt haec: Paulinus Nolanus cum Mithriaca perpetrata adspexisse videatur ipse nobis est testis usque ad quartum post Christum natum saeculum cultum illius Dei floruisse peractum. Socratem et Sozomenum autem docere vidimus Alexandriae Mithriacum, quod diutius vacuum ac neglectum fuerit, dirutum postremo gentilium seditione exorta Theodosio iubente plane esse devastatum. Tum Hieronyus affirmat Gracchum praefectum urbi anno trecentesimo sexto vel octavo senatus iussu Romae Mithrae spelaeum evertisse. Quam ob causam, cum a Socrate, a Sozomeno, ab Hieronymo de illis praestantissimis imperii Romani urbibus agatur, recte iudices Mithriaca illo tempore per totum regnum exstare desiisse.

De mundi autem parte per quam Deus ille cultus fuerit scriptores nil fere certi, Eunapii de sacerdote Thespiis Mithrae verbis, quae nil docent, exceptis, tradunt. Quae res, cum quo loco omnes fere inscriptiones ac omnes simulacra sint inventa, cognitum habeamus, nullius est momenti.

Nomina autem Mithrae attribuuntur haec: *Perseus* et βουκλόπος a Porphyrio, Ἥλιος ἀνίκητος ab Juliano, Θεὸς ἐκ πέτρας a Firmico Materno, *Invictus* a Paulino Nolano.

Jam cultus ipse est perscrutandus. Primum quidem de Dei genitura ex petra plura cognosse intellegas Justinum Martyrum, Commodianum, Firmicum Maternum, Hieronymum. Venerationis veram naturam, etsi falso, describit Firmicus sacra eius ad ignis potestatem translata esse affirmans. Minime recte disseruisse statuendum est Socratem quoque, qui colendi Dei causa homines quoque reddidisse mactatos et visceribus inspectis Mithriacorum cultores vaticinatos esse dicit. Cultum autem in spelaeis esse peractum, nos docent omnes fere scriptores. Plura pro certo habenda de cultu ipso haud traduntur.

De tempore Mithriacorum habemus testimonia Juliani

maxime dubia duo. Quibus id unum constat, quinto quoque anno magnas et singulis annis minores Mithrae sollemnitates esse peractas. Quibus verbis ne maiorem fidem tribuas caveas.

Hieronymus unus de gradibus initiatorum narrat. Cognitos autem habet eorum octo, id est: Corax, Nymphus, Miles, Leo, Perses, Helio, Dromo, Pater. Initiationem ipsam descriptam legimus apud Tertullianum qui etiam affirmat illam quoque per lavacra quaedam factam esse et summa cum iniuria putat milites Dei in frontibus esse significatos. Quamvis autem consentiat scriptor cum Justino Martyre de irrisione Mithrae cultorum religionis christianae locutus, tamen causis expositis alienus sum a fide eis traditis habenda. De singula quadam sacrorum actione Commodianus narrat mactationem bovum explicans, Aelius Lampridius in illis ad timoris speciem aliquid dici vel fingi solere tradens.

Quae senserint autem scriptores de cultu, colligi potest e verbis Gregorii de probationibus disserentis uberius nec non Juliani, sibi Mithram ducem optimum attributum esse, dicentis et Himerii animam suam Deo dedicantis. Quanti autem a plurimis ductus sit cultus ille illo tempore, ex Origenis verbis elucet, qui venerationem Mithrae floruisse affirmat eadem ratione, qua Eleusinia floruerint.

De imperatorum denique cultu Dei Mithrae cognoscas, Flavii Vopisci testimonio constare, matrem Aureliani sacerdotem Mithrae fuisse atque illum scriptorem et Zosimum narrasse Aurelianum Dei Mithrae Palmyrae templum devastatum curasse restituendum. Julianum autem Mithriacis favisse et eis quae ipse tradit et verbis Himerii cognosci potest. Restant verba Aeli Lampridi Commodum initiatum sacris in peragendis mysteriis hominem necasse.

Ista fere de Mithrae apud Romanos cultu scriptorum testimoniis usus pro certo habeas. Quae non parvi esse momenti iudices, cum cognoveris me primum rem ordinatim et dilucide investigasse neque vagas coniecturas sectatum esse. Plurimis autem duco incertis plurimis pauca certa.

Tamen quae exposui idonea, quae veram illorum sacrorum

et planam cognitionem reddant esse, quis est qui credat? Quapropter non omnium scriptorum, qui adhuc de Mithra uberius disseruere, vestigia secutus, qui ea quoque, quae de Persico cultu traduntur quaeque medii aevii scriptores narrant et fallacia simulacrorum fictorum ad Romana Mithriaca explananda adhibentes hac rei tractandae ratione non certe eruere, id mihi proposui, ut peractis scriptorum testimoniis simulacra explicarem. In capite quod sequitur indicantur tituli et nummi, qui ad Mithram pertinent. Quam partem aliis relinquo accuratius absolvendam.

Inscriptiones

latinae et graecae ad Mithrae cultum spectantes reperiuntur:

1. C J. L. II. p. XLV. ad n. 2970.
2. » » » 31. 258.
3. » » » » 259.
4. » » » 55. 464.
5. » » » 102. 807.
6. » » » 132. 1025.
7. » » » 262. 1966.
8. » » » 337. 2407.
9. » » » 367. 2634.
10. » » » 376. 2705.
11. » » » 403. 2970.
12. » » » 547. 4086.
13. » » » 612. 4604.
14. C. J. L. III. i. f. v. a. p. 15. 133.
15. » » 1. p. 53.
16. » » » » 47. 242.
17. » » » » 117. 604.
18. » » » » 166. 828.
19. » » » » 173. 875.
20. » » » » » 879.
21. » » » » 175. 899.
22. » » » » » 900.
23. » » » » » 901.
24. » » » » 181. 968.
25. » » » » 186. 994.
26. » » » » 187. 1013.
27. » » » » 197. 1107.
28. » » » » » 1108.
29. » » » » 198. 1109.
30. » » » » » 1110.
31. » » » » » 1111.
32. » » » » » 1112.
33. » » » » » 1113.
34. » » » » » 1114.
35. » » » » 199. 1118.
36. » » » » » 1119.
37. » » » » » 1120.
38. » » » » » 1121.
39. C. J. L. III. 1. p. 199. 1122.
40. » » » » » 1123.
41. » » » » 213. 1248.
42. » » » » 222. 1357.
43. » » » 231. 1436.
44. » » » » 232 1437.
45. » » » » 246. 1549.
46. » » » » 252. 1591.
47. » » » » 269. 1697.
48. » » » » 293. 1788.
49. » » » » 308. 1955.
50. » » » » 388. 3020.
51. » » » » 395. 3095.
52. » » » » 401. 3158 b.
53. » » » » 421. 3260.
54. » » » » 436. 3383.
55. » » » » » 3384.
56. » » » » 440. 3414.
57. » » » » » 3415.
58. » » » » 444. 3474.
59. » » » » » 3475.
60. » » » » » 3476.
61. » » » » » 3477.
62. » » » » » 3478.
63. » » » » 445. 3479.
64. » » » » » 3480.
65. » » » » » 3481.
66. » » » » » 3482.
67. » » » » » 3483.
68. » » » » 497. 3910.
69. » » » » 499. 3921.
70. » » » » 500. 3933.
71. » » » » 503. 3958.
72. » » » » » 3959.
73. » » » » » 3960.
74. » » » » 514. 4039.
75. » » » » » 4040.
76. » » » » » 4041.
77. » » » » » 4042.
78. » » » » 534. 4236.
79. » » » » » 4237.
80. » » » » » 4238.
81. » » » » » 4239.
82. » » » » » 4240.

83. C. J. L. III. 1. p. 540 4296.
84. » » » » » 4300.
85. » » » » » 4301.
86. » » » » » 4302.
87. » » » » 552. 4413.
88. » » » » » 4414.
89. » » » » » 4415.
90. » » » » » 4416.
91. » » » » » 4417.
92. » » » » 553. 4418.
93. » » » » » 4419.
94. » » » » » 4420.
95. » » » » » 4421.
96. » » » » » 4424.
97. » » » » 562. 4538.
98. » » » » » 4539.
99. » » » » » 4540.
100. » » » » 563. 4541.
101. » » » » » 4542.
102. » » » » » 4543.
103. » » » » 593. 4736.
104. » » » » 595. 4771.
105. » » » » 600. 4795.
106. » » » » » 4796.
107. » » » » » 4797.
108. » » » » » 4799.
109. » » » » » 4800.
110. » » » » » 4801.
111. » » » » » 4802.
112. » » 2. » 601. 4803.
113. » » » » » 4804.
114. » » » » 626. 5110.
115. » » » » 627. 5121.
116. » » » » 675. 5592.
117. » » » » 679. 5620.
118. » » » » 684. 5650.
119. » » » » 710. 5774.
120. » » » » 720. 5862.
121. » » » » 721. 5865.
122. » » » » 993. 6127.
123. » » » » » 6128.
124. » » » » 1000. 6165.

125. C. J. L. V. 1. i. f. v. a. p. 17. 148.
126. » » » » » » » » 46. 483.
127. » » » p. 88. 763.
128. » » » » » 764.
129. » » » » » 765.
130. » » » » » 766.
131. » » » » 91. 803.
132. » » » » » 804.
133. » » » » » 805.
134. » » » » » 806.
135. » » » » 92. 807.
136. » » » » » 808.
137. » » » » » 809.
138. » » » » » 810.
139. » » » » 170. 1809.
140. » » » » 273. 2800.
141. » » » » 330. 3232.
142. » » » » 333. 3278.
143. » » » » 337. 3321.
144. » » » » 392. 3917.
145. » » » » » 3918.
146. » » « » 448. 4283.
147. » » » » » 4284.
148. » » » » 519. 4935.
149. » » » » 521. 4948.
150. » » » » 532. 5019.
151. » » » » » 5020.
152. » » » » 540. 5066.
153. » » » » 542. 5082.
154. » » 2. i. f. v. a. p. 63. 668.
155. » » » p. 549. 5116.
156. » » » » 558. 5204.
157. » » » » 590. 5465.
158. » » » » 591. 5477.
159. » » » » 607. 5659.
160. » » » » 612. 5704.
161. » » » » 639. 5795.
162. » » » » » 5796.
163. » » » » » 5797.
164. » » » » 652. 5893.
165. » » » » 758. 6831.
166. » » » » 781. 6958.
167. » » » » 832. 7362.
168. » » » » 846. 7474.

169. C. J. L. V. 2. p. 1016. 8132.
170. » » » » 1028. 8233.
171. » » » » » 8239.
172. » » » » » 8240.
173. » » » » 1088. 8939.
174. » » » » 1096. 8970.
175. » » » » 1098. 8997.
176. » VI. 1 » 9. 47.
177. » » » » 13. 80.
178. » » » » 14. 86.
179. » » » » 74. 398.
180. » » » » 75. 402.
181. » » » » 93. 497.
182. » » » » » 498.
183. » » » » » 499.
184. » » » » 94. 500.
185. » » » » » 501.
186. » » » » » 502.
187. » » » » 95. 503.
188. » » » » » 504.
189. » » » » 96. 505.
190. » » » » » 506.
191. » » » » » 507.
192. » » » » » 508.
193. » » » » 97. 509.
194. » » » » » 510.
195. » » » » 98. 511.
196. » » » » 99. 512.
197. » » » » 109. 574.
198. » » » » 123. 699.
199. » » » » » 700.
200. » » » » 124. 701.
201. » » » » » 702.
202. » » » » 125. 703.
203. » » » » » 704.
204. » » » » » 705.
205. » » » » » 706.
206. » » » » » 707.
207. » » » » » 708.
208. » » » » » 709.
209. » » » » 126. 710.
210. » » » » » 711.
211. » » » » 127. 712.
212. » » » » » 713.

213. C. J. L. VI. 1. p. 127. 714.
214. » » » » » 715.
215. » » » » » 716.
216. » » » » » 717.
217. » » » » » 718.
218. » » » » 128. 719.
219. » » » » 129. 720.
220. » » » » » 721.
221. » » » » » 722.
222. » » » » » 723.
223. » » » » » 724.
224. » » » » » 725.
225. » » » » » 726.
226. » » » » 130. 727.
227. » » » » » 728.
228. » » » » » 729.
229. » » » » » 730.
230. » » » » » 731.
231. » » » » » 732.
232. » » » » 131. 733.
233. » » » » » 734.
234. » » » » » 735.
235. » » » » » 736.
236. » » » » 132. 737.
237. » » » » » 738.
238. » » » » » 739.
239. » » » » » 740.
240. » » » » 133. 741.
241. » » » » » 742.
242. » » » » » 743.
243. » » » » » 744.
244. » » » » » 745.
245. » » » » » 746.
246. » » » » » 747.
247. » » » » » 748.
248. » » » » 134. 749.
249. » » » » » 750.
250. » » » » » 751.
251. » » » » » 752.
252. » » » » » 753.
253. » » » » 135. 754.
254. » » » » » 755.
255. » » » » » 756.
256. » » » » 147. 837.

257. C. J. L. VI. 1. p. 305. 1397.
258. » » » » 599. 2151.
259. » » » » 724. 2821.
260. » » » » » 2822.
261. » » » » 836. 3719.
262. » » » » » 3720.
263. » » » » 837. 3721.
264. » » » » » 3722.
265. » » » » » 3722 a.
266. » » » » » 3723.
267. » » » » » 3724.
268. » » » » » 3725.
269. » » » » » 3726.
270. » » » » » 3727.
271. » » » » » 3728.
272. » » » » » 3729.
273. » » » » 838. 3730.
274. » VII. p. 38. 99.
275. » » » 76. 309.
276. » » » 82. 349.
277. » » » 94. 434.
278. » » » 98. 481.
279. » » » 114. 541.
280. » » » » 542.
281. » » » » 543.
282. » » » » 544.
283. » » » 118. 579.
384. » » » 124. 645.
285. » » » 125. 646.
286. » » » » 647.
287. » » » » 648.
288. » » » 125. 649.
289. » » » » 650.
290. » » » 146. 831.
291. » » » 147. 833 b.
292. » » » 155. 889.
293. » » » » 890.
294. » » » 180. 1039.
295. » » » 308. 1344 c.
296. » VIII. 1. p. 134. 1005.
297. » » » » 135. 1009.
298. » » » » 167. 1329.
299. » » » » 260. 2350.

300. C. J. L. VIII. 1. p. 278. 2483.
301. » » » » 317. 2675.
302. » » » » 318. 2676.
303. » » » » 457. 4513.
304. » » » » 462. 4578.
305. » » » » 508. 5143.
306. » » » » 522. 5296.
307. » » » » 624. 6975.
308. » » 2. » 729. 8440.
309. » » » » 742. 8713.
310. » » » » 770. 9019.
311. » » » » 794. 9256.
312. » » » » 796. 9281.
313. » » » » 800. 9322.
314. » » » » 801. 9331.
315. » » » » 822. 9629.

316. C. J. G. III. p. 257. 4590.
317. » » » 261. 4604.
318. » » » 1261. 5875 a (add.)
319. » » » 821. 6008.
320. » » » 822. 6009.
321. » » » » 6010.
322. » » » 822. 6012.
323. » » » 823. 6013.
324. » » » 1042. 6798.
325. » » » 1049. 6813 b.

326. Gr. 32, 6. (I. 1.)
327. » », 8. » »
328. » », 9. » »
329. » », 11. » »
330. » 33, 2. » »
331. » », 7. » »
332. » », 11. » »
333. » 34, 1. » »
334. » 35, 2. » »
335. » », 3. » »
336. » 36, 2. » »
337. » 41, 11. » »
338. » 1009, 7. (II. 1.)
339. » », 8. » »

340. O. H. O. I. p. 78. 60.
341. » » » 87. 116.
342. » » » 108. 275.
343. » » » 114. 324.
344. » » » 130. 450.
345. » » » 262. 1194.
346. » » » 272. 1283.
347. » » » 286. 1402.
348. » » » 306. 1579.
349. » » » 308. 1597.
350. » » » 340. 1891.
351. » » » » 1895.
352. » » » 342. 1910.
353. » » » » 1911.
354. » » » » 1912.
355. » » » 343. 1914.
356. » » » » 1920.
357. » » » 345. 1930.
358. » » » 370. 2161.
359. » » » 398. 2285.
360. » » » 401. 2305.
361. » » » 407. 2340.
362. » » » 408. 2350.
363. » » » » 2351.
364. » » » 410. 2354.
365. » » » 455. 2596.

366. » II. p. 46. 3154.
367. » » » 52. 3184.
368. » » » 53. 3185.
369. » » » 230. 4066.
370. » » » 338. 4791.
371. » » » » 4792.
372. » » » 419. 4928.
373. » » » » 4934.
374. O. H. H. III. p. 135. 5658.
375. » » » 156. 5786.
376. » » » 165. 5844.
377. » » » 166 5846.
378. » » » 167. 5856.
379. » » » 184. 5983.
380. » » » 197. 6039.
381. » » » 198. 6042.
382. » » » 198. 6042 a.
383. O. H. H. III. p. 199. 6042 b.
384. » » » 497. 7414 a.

385. L. LXX.
386. » LXXXII 1.
387. » LXXXVII.
388. » C. 2 a.
389. » » 3 a.
390. » » I. 4.
391. » » V. 3.
392. » » V. 4.
393. » » V. 8.

394. C. J. N. i. f. v. s. p. 1. 1.
395. » » » » 17. 425.
396. » » » » 20. 508.
397. » p. 20. 306.
398. » » 132. 2470.
399. » » 303. 5706.

400. R. p. 11.

401. C. J. Rh. p. XXXIV. 2089.
402. » » 15. 55.
403. » » 45. XII. 151.
404. » » 75. 285.
405. » » » 285 a.
406. » » » 286.
407. » » 84. 330.
408. » » 92. 384.
409. » » 93. 388.
410. » » 121. 527.
411. » » 201. 1036.
412. » » 250. 1361.
413 » » 261. 1401.
414. » » » 1402.
415. » » 264. 1413.
416. » » 273. 1464.
417. » » » 1465.
418. » » 274. 1466.
419. » » » 1467.
420. » » 292. 1568.
421. » » 294. 1579.
422. » » 295. 1584.

423. C. J. Rh. p. 316. 1719.
424. » » 317. 1720.
425. » » 318. 1730.
426. » » 333. 1838.
427. » » 361. app. 23.
428. » » 362. » 29.

---

429. E. E. I. p. 216. 3.
430. » II. » 303. 375.
431. » » » » 376.
432. » » » 309. 402.
433. » » » 311. 412.
434. » » » 321. 450.
435. » » » 364. 599.
436. » » » 412. 820.
437. » » » 424. 887.
438. » IV. » 68. 162.
439. » » » 73. 187.
440. » » » 146. 504.
441. » » » 151. 522.
442. » » » » 523.
443. » » » 152. 524.
444. » » » » 525.
445. » » » 167. 585.
446. » » » 269. 759.
447. » » » 270. 761.
448. » » » » 762.
449. » » » » 763.
450. » » » 288. 829.
451. » » » 298. 864.

---

452. B. J. XXV. p. 196 sq. 7.

---

453. P. IV. p. 53.

Persarum

nec non aliarum gentium Asiaticarum inscriptiones Mithriacae traduntur:

L. VIII.
» X. 14.
» XII. 16.
» XIII. 1. 3. 4. 7.
» XVIII. 5. 6. 7. 8.
» XIX. 1. 6.
» XXV. 2. 3. 4. 6. 7.
» XXVI. 7.
» XXVII. 9.
» XXVIII. 7. 8. 9. 13.
» XXIX. 7.
» XXX. 7.
» XXXI. 5.
» XXXII. 1. 3.
» XXXIV. 1. 10. 11. 12. 13.
» XXXV. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 9. 11. 12.
» XXXVI. 1. 3. 12.
» XXXVII. 3. 5. 6. 7.
» XXXVIII. 2. 3. 5. 6.
» XXXIX. 1. 5.
» XL. 7.
» XLII. 12. 14.
» XLIII. 1. 2. 3. 4. 6. 7. 8. 11. 14. 15. 16. 25. 26. 28.
» XLIV. 7. 14. 23. 25.
» XLV. 1. 3. 5. 11. 12. 22. 23.
» XLVI. 9. 10. 11. 12. 18. 23.
» XLVI. 3.
» XLIX. 7.
» L. 1. 2. 5. 6.
» LII. 1. 4.
» LIII. 1. 2.
» LIV. 4.
» LIV, A. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 8.
» LIV, B. 8. 15.
» LIX, C. 8. 13. 14. 15. 19. 20. 21.
» LVI. 5. 9.
» LVII. 7.
» LXIII. 1. 2. 6. 8.
» LXI. 5. 9.

Nummos

aut gemmas diversarum Asiaticarum linguarum litteras ostentantes reperis:

L. LXIII. 11. 15.
» LXIV. 3. 8. 9. 10. 12. 13. 14. 15 16.
» LXV. 1. 4. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17.
» LXVI. 1. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

Nummos

ac gemmas Asiaticae originis, quibus graecae litterae impressae sunt, habes:

L. LXV. 8.
» LXVI. 10. 11. 12. 13. 14.
» LXVII. 4.
» CII. 3.
» » 6. 6a.
» » 7a.
» » 9. 9a. 9b.

Nummi

et gemmae imperatorum Romanorum exstant:

L. LXVII. 1. 2. 3. 5. 6.
» CII. 12. O. R.
» » 13. B. R.
» » 14. » »
» » 15. A. R.
» » 16. » »
» » 17. B. R.
» » 18. O. R.
» » 19. » »
» » 20. » »
» » 21. » »
» » 22.
» » 23.

Nummus,

quem ipse inveni, his litteris ornatus est:

Imp. Constantinus P. F. Aug. Soli Invicto Comiti.
{ T. F.
{ T. A. R. L.

Compendia.

C. I. L. = Corpus Inscriptionum Latinarum consilio et auctoritate Academiae Litterarum regiae Borussicae editum. Berolini fol.

II. Inscriptiones Hispaniae Latinae edidit Aemilius Hübner. 1869. pp. LVI. 780. 48.

III. Inscriptiones Asiae Provinciarum Europae Graecarum, Illyrici Latinae edidit Theodorus Mommsen.

1. Inscriptiones Aegypti et Asiae provinciarum Europae Graecarum, Inscriptionum Illyrici partes I—V. 1873. pp. XXXIV. 34. 586.

2. Inscriptionum Illyrici partes VI. VII, res gestas Divi Augusti, edictum Diocletiani de pretiis rerum, privilegia militum veteranorumque, instrumenta Dacia. 1873. pp. 587—1197.

V. Inscriptiones Galliae Cisalpinae Latinae edidit Theodorus Mommsen.

1. Inscriptiones regionis Italiae decimae. 1872. pp. 56. 544.

2. Inscriptiones regionum Italiae undecimae et nonae. 1877. pp. XXIV. 57—104. 545—1215.

VI. Inscriptiones urbis Romae Latinae collegerunt Guilelmus Henzen et Johannes Baptista de Rossi ediderunt Eugenius Bormann et Guilelmus Henzen. 1. 1876. pp. LXVI. 873.

VII. Inscriptiones Brittanniae Latinae edidit Aemilius Hübner. 1873. pp. XII. 2. 345.

VIII. Inscriptiones Africae latinae collegit Gustavus Willmanns.

1. Inscriptiones Africae proconsularis et Numidiae. 1881. pp. XXXVIII. 714.

2. Inscriptiones Mauretaniarum. 1881. pp. 715—1141.

C. I. G. = Corpus Inscriptionum Graecarum. Auctoritate et impensis Academiae Litterarum regiae Borussicae. Berolini fol.

III. Ex materia collecta ab Augusto Boeckhio academiae socio edidit Joannes Franzius Pars XVII—XXXVIII.

Inscriptiones Phrygiae, Galatiae, Paphlagoniae, Ponticae, Cappadociae, Lyciae, Pamphyliae, Pisidiae et Insauriae, Mesopotamiae et Assyriae, Mediae et Persidis, Aegypti, Aethiopiae supra Aegyptum, Cyrenaicae, Siciliae cum Metita, Lipara, Sardinia, Italiae, Galliarum, Hispaniae, Brittanniae, Germaniae, Pannoniae, Daciae, Illyrici. 1853. pp. XXI. 1271.

Gr. = Jani Gruteri Corpus Inscriptionum ex recensione et cum annotationibus J. Georgii Graevii, Amstelaedami 1707. fol.

I. pp. 56. DCCXLVIII.

II. pp. DCCXLIX—MCLXXIX. CCCLVI. 20.

O. H. O. = Inscriptionum latinarum selectarum amplissima collectio, cum ineditis Jo. Casp. Hagenbuchii edidit Jo. Casp. Orellius. Turici 1828. 8°.

I. pp. 568.

II. pp. 567.

O. H. H. = III. Volumen tertium collectionis Orellianae supplementa emendationesque exhibens edidit Guilelmus Henzen. 1856. pp. XXIII 525. 224.

L. = Introduction à l'étude du culte public et des Mystères de Mithra en Orient et en Occident par M. Félix Lajard. Planches. Paris 1847. fol. 26. CVII planches et 3 planches intercalaires.

C. I. N. = Inscriptiones Regni Neapolitani edidit Theodorus Mommsen. Lipsiae. 1852. fol. XXIV. 486. 40.

R. = M. de Ring. Du Surnom de Cautopates donné à Mithra. Paris-Strasbourg. 1853. 8⁰. pp. 16.

C. I. Rh. = Corpus Inscriptionum Rhenanarum consilio et auctoritate societatis antiquariorum Rhenanae edidit Guilelmus Brambach. Praefatus est Fridericus Ritschelius. Elberfeldae 1867. 4⁰. pp. XXXIV. 390.

E. E. = Ephemeris epigraphica, corporis inscriptionum supplementum edita iussu instituti archaeologici Romani. Romae 8⁰.
I. 1872. pp. 315.
II. 1875. » 517.
IV. 1881. » 612.

B. J. = Jahrbücher des Vereins von Alterthumsfreunden im Rheinlande. XXV. Dreizehnter Jahrgang 1. Bonn. 1857. 8⁰. pp. 223.

P. = Monatsschrift für die Geschichte Westdeutschlands mit besonderer Berücksichtigung der Rheinlande und Westphalens. Herausgegeben von Richard Pick. IV. Jahrg. 1878. Trier 8⁰.

Nomina locorum, quibus
inscriptiones Mithriacae repertae sunt:

Alsatia: 352. 426. 2
Africa Proconsularis: 296. 297. 298. . . . . 3.

Badenia: 423. 424. 425. . . . . 3.
Bavaria: 389. . . . . 1.
Batavum: 402. . . . . 1.
Borussia Rhenana: 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 427. 428. 452. 453. . . . . 12.
Britannia: 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. . . . 22.

Creta: 15. . . . . 1.

Dacia: 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 325. 430. 431. 432. 433. 434. 438. 439. . . . . 37.
Dalmatia: 14. 48. 49. 50. 51. 52. . . . . 6.

Galatia: 16. . . . . 1.

Hassia: 401. . . . . 1.
Hassia ad Rhenum: 411. 412. 413. 414. 415. . . . . 5.
Helvetia: 342. 343. 344. 3
Hispania: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. . . . . 13.

Italia, (Roma excepta) Gallia cisalpina, Gallia transalpina: 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 318. 324. 330. 331. 332. 333. 339. 340. 341. 347. 348. 350. 351. 353. 356. 357. 359. 371. 372. 373. 374. 375. 377. 378. 379. 380. 382. 384. 385. 386. 390. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 429. . . . . 92.

Macedonia: 17. . . . . 1.
Mauretania Caesariensis: 310. 311. 312. 313. 314. 315. . . . . 6.
Mauretania Sitifiensis: 308. 309. . . . . 2.
Moesia inferior: 122. 123. 124. . . . . 3.
Moesia superior: 47. . . . . 1.

216.

216.

Nassovia: 416. 417. 418. 419. . . . . . 4.
Noricum: 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 445. . . . . . 17.
Numidia Proconsularis: 305. 306. . . . . . 2.
Numidia Provincia: 299. 300. 301. 302. 303. 304. 307. . . . . . 7.

Pannonia inferior: 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 435. . . . . . 15.
Pannonia superior: 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 436. 437. 440. 441. 442. 443. 444. . . . . . 43.

Raetia: 119. 120. 121. . . . . . 3.
Roma: 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 319. 320. 322. 323. 326. 327. 328. 329. 334. 335. 336. 337. 345. 346. 349. 354. 358. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 376. 381. 446. 447. 448. 449. 450. 451. . . . . . 135.

Syria: 316. 317. . . . . . 2.

Wirtembergia: 420. 421. 422. . . . . . 3.
? : 387. 388. 391. 392. 393. 400. . . . . . 6.

453.

Inscriptionum tractatio exponitur.

Iam inscriptionum tantam multitudinem hoc libello accuratissime exponere supersedeo. Sane non liber at libri de iis sunt scribendi. Equidem, cum hoc opere id praecipue sim secutus, ut scriptorum et inscriptionum testimoniis pertractatis veram simulacrorum cognitionem praepararem diligenter unamquamque inscriptionem, paene dixi, unumquodque verbum investigavi. Quo in opere cursum tenui hunc: primum nomina Dei composui, deinde explanavi, quibus dis deabusque una cum Mithra sacrificatum sit, tum formas quasi dedicationum collegi, denique enumeravi res dedicatas. Quales autem fuerint Mithrae cultores quaerens, cum rerum sacrarum actores et dedicationum causas plane exposuissem itemque statuissem affinitates Dei cultorum ordinesque hominum, qui cultui Mithrae faverent, primum nomina virorum et feminarum itemque cognomina collegi, deinde imperatorum quae repperi nomina reddidi. Temporum autem cognoscendorum causa, quibus cultus ille floruerit, investigandum erat, quibus consulibus inscriptiones sint factae. Quam ut rem accuratius intellegerem dies quoque mensium, quibus sacrificatum est, enumeravi. Quibus factis res militares exposui et gentes vel provincias, quae in inscriptionibus commemorantur. Quarum expositionum conclusionem faciunt notabilia varia ex inscriptionibus extracta.

Qua in re efficienda minime pervestigavi tantum inscriptiones eas, quas nonnullorum librorum indices Mithrae attribuunt, at permultos adhuc Deo Invicto non adscriptos titulos ei attribui.

Haec laboriosissima studia ut hoc loco repetam, minime poscas. Quae ego incohavi, aliis relinquo absolvenda. Sed titulorum cognitionem me in explicandis simulacris iuvisse, ex sequenti capite elucebit.

Dei simulacra explicantur.

Praefatio.

Quibus omnibus expositis cognitisque de cultu eis, quae scriptoribus et inscriptionibus, docemur iam ad illustranda cultus simulacra progrediamur liceat. Qua in re efficienda non id mihi proposui, ut, quae viri docti de interpretatione singularum imaginum statuerint, repetam, at id unum petendum esse existimavi, ut, quae magis dubia et graviora sint relicta, accuratius investigem.

Sed ne careamus optimo intellectu, paucis verbis primum ea exponam, quae semper aut saepius in Mithriacis figurata reperis et quae ab omnibus recte explicata exstant. Commemorandum igitur est in omnibus Mithriacorum simulacris viro bovem necante persico habitu Mithram ipsum significari, qui ex animali illo, quasi e terra, fertilitatem evocat. Cuius rei ratio, cum intellegas Mithram esse solem, taurum mundi imaginem, facile cognosci potest. Persaepe accedunt viri, quorum alter face inversa noctem, alter face erecta diem significat. Simili modo et solis et lunae reperiuntur simulacra. Ad mactationem autem ipsam pertinent canis, qui sanguinem bovis accipit, scorpio, qui testiculos tauri mordet. Quae animalia et hiemem et aestatem fingunt, cum sol in scorpionis imagine stans minime sit frugifer, in canis autem stellis stans maximam procreandi vim ostendat. Serpentes denique varia significantes reperis, qua de causa non hoc loco sed singulis locis uberius de eis dicendum est. Saxis antra illa atra cultus demonstrari res ipsa nos docet. Quae fere sunt semper aut saepius reperta in Mithriacis. Quibus cognitis iam ad id, quod propositum habemus, est progrediendum.

Lajardus enim v. d. anno millesimo octingentesimo quadragesimo septimo opus praeclarum illud perfecit, quo omnia, quae usque ad id tempus erant inventa,

simulacra Mithriaca expressit picta. Dubitari autem nequit, quin valde sit dolendum, quod ille vir doctissimus interpretationem imaginum, paucis verbis libro antepositis exceptis, omnino omisit. Quae cum ita sint, me hoc opere explicationem accuratam illius operis optimi dantem recte egisse puto. — Priusquam autem hoc perficio, restat ut affirmem me plurima si non omnia, quae sunt inventa, Mithriaca exponere, cum alii singula tantum explicaverint. — Ordinem hunc constitui rei, primum singillatim in simulacra omnia quae Lajardus v. d. expressit, tum in ea, quae ille omisit, aut quae postea sunt inventa inquirens exposui.

De imaginibus Lajardi libri agitur.

Initium igitur faciamus, cum quae praecedunt Persici tantum cultus illius simulacra praebeant, a pagina septuagesima Lajardi v. d. operis. (L. p. LXX.) Primam enim habes earum imaginum, quae simul et Persicam originem et Romanam venerationis rationem te docent. Vides autem statuam humanae figurae et leonini vultus alis praeditam, quarum prima nil nisi pennas, secunda aves, tertia frondis formas, quarta arborum et fructus imagines ostendit. Vir ipse dextra clavem sinistra et lucem inflammatam et baculum longum tenet. Ante pectus autem fulgura ficta exstant. Quid sibi velit clavis, pro certo non habeo. Luce, quin solis natura et baculo cursus ejus hodiernus, quem veteres statuendum esse censebant, significentur, dubium non est. Dei immortalitatem denique significat serpens, cuius caput capiti viri impositum est, totum corpus circumdans. Simili ratione iudicandum est de alio baculo, quem duo serpentes circumdant. Restant figurae quaedam, de quarum natura nil certius expedio, malleus et forceps dubiae explicationis, gallus animal solis amicissimum. Accedit ad simulacrum inscriptio quaedam, nos de tempore huius artificii facti certiores faciens. Cum enim imperator Commodus nominetur, dubium non est, quin exeunte saeculo secundo

post Christum natum hoc opus sit perfectum. Quae cum ita sint, summa cum iniuria iudices simulacra huius generis quamvis valde ab aliis abhorreant fuisse antiquissima. At putandum est quasi duplicem dei venerationem aut Mithrae imagines duplicis fuisse naturae, cum aliis locis Mithram Invictum alienissimo modo fictum habeas. Qua autem ratione hic dei Invicti peregrinus quasi typus sit servatus, erui nequit. Credas tempore, quo cultus valde floruerit, cultores originem antiquam significare voluisse. Sed caveo, ne pro certo ea dicam. Commemorare liceat figurae habitum nos docere artificem confecisse bonum opus.

L. p. LXXI 1, 2, 3. Tabula quae sequitur tribus simulacris simillimis explicati ornata exstat. Prima eorum nil novi praebet nisi duas claves dextra et sinistra compressas nec non pateram ex qua serpens, qui corpus circumdat, sanguinem aut liquorem quendam haurire videtur. Qua de causa cum huius rei rationem postea simus cognituri de horum simulacrorum archaistico quasi stilo, recte nos iudicasse explicationes aliarum imaginum ostendent.

Maioris pretii secundum videtur esse simulacrum. Habes Deum rursus alis ornatum et bracatum. Manibus faces inflammatas tenet, cum serpentes quattuor alas circumdant. Quae quid significent, iam intelleximus. Novum autem praebet imago argumentum, eo, quod deus vento ex ore exhalato ignem arae impositum inflammat. Qua re solis aestum figurari, quis est quin intellegat?

Restat Deus duobus serpentibus circumcinctus, utraque manu clavem tenens et pedum loco avium ungues ostendens. Notatu autem digna est luna podium ipsum ornans. Quae tria paginae nominatae simulacra descripta, quorum primum et secundum sunt effigies eminentes, tertium est statua, neque bonae neque malae sunt artis.

L. p. LXXII 1, 2. Jam procedendum est ad paginam septuagesimam secundam, quae duo praebet simulacra exponenda. Primum

enim Mithras ut solet ornatus, ea de causa nominandus est, quod corpus Dei stellarum aut zodiaci imaginibus exstat ornatum. Sunt autem aries, libra, cancer, caper. Sed plura pro certo quidem dici non possunt, cum statua, multis partibus sit destructa. Falso nil nisi caudices manibus tenere Deum facile, cum semper claves inveneris, intellegas. Quod Mithrae pedibus suppositum est, utrum globus sit, necne, diiudicari non potest. Equidem eam restaurationem esse rectam persuasum habeo. Imago statuae forma ficta est.

Praetereundum fere ectypum tabulae alterum habeo. Nil enim novi affert nisi globum quadratis lineis circumdatum, quo mundum fingi et significari, solem terram quasi transgredi, quis est quin statim cognoscat. Primi a nobis simulacri expositi simillimum est, cum Deus rursus quattuor alis praeditus exstet et sinistra baculum aut sceptrum teneat. Restat, ut commemorem artificii forma posse intellegi simulacrum parieti fuisse insertum.

Progrediamur ad paginam septuagesimam tertiam. L. p. LXXIII 1, 2.
Cuius prima imago plura nos docet. De ipsa autem figura modo notandum est Deum brevi vestimento esse vestitum, serpentum caput usque ad os Dei proferre, Mithram dextra clavem, sinistra rem dubiam tenere, Invicti pedes in ungues desinere. Quam ad imaginem accedunt ara cum igni imposito et vir tiara ornatus equum ducens et fortasse hastam tenens; easdem autem figuras in altera quoque simulacri parte fuisse reliquiis ipsis plane cognosci potest. Quae cum ita sint, facile intellegas de Deo ipso et de altari plura non esse dicenda. Quid autem sibi velint duae illae viri cum equo imagines, eruere me nequire fateor, nisi forte, concedas unum e Mithrae servis esse. Quam ad rem autem equi sint adhibiti, me quidem latet. — Plura minime autem certiora de ea re invenis a scriptore nostro in libro IX indicis exposita.

Restat fragmentum demonstratorum artificiorum simillimum. Corpus enim tantum Dei servatum est, quod

serpens circumstringit cuique insertae sunt zodiaci rursus imagines. Quamvis autem, cum solitum ordinem habeas, verisimile sit omnes eas fuisse fictas, tamen pictura, quam scriptor dat, modo praebet arietem, taurum, geminos, cancerem, leonem, virginem, libram, scorpionem, arcitenentem. In ea quoque tabula inspexisti et ectypum et statuam.

Omnia igitur descripti generis artificia de cultu ipso plura nos non docuere. At id unum pro certo habeas nominatas quoque imagines Romanae esse originis, Persici cultus rationem aemulantes non re vera habentes.

Hoc loco notare liceat verisimile esse nonnulla Germaniae monumenta, quae Petro apostolo addicta exstant, Mithrae huius generis imagines significare. In quorum numero praecipue monumentum illud, quod »Externsteine« vocatur, habendum esse mihi quidem videtur.

Quibus expositis iam ad illa his contraria simulacra procedimus.

L. p. LXXIV. Pervestiganda igitur est pagina Lajardi v. d. operis septuagesima quarta. Vides imaginem multis rebus diversam ab aliis. Primum hoc uno simulacro Mithram in tauro quidem stantem, non eum necantem reperis. Mactationis operis instrumentum dextra Deus tenet. De re quam sinistra Mithrae amplectitur manus nil certius esse dicendum statuo. Credas fructum aliquem significare artificem voluisse. In aliis partibus illa, quae semper aut saepius inveniuntur, cultus attributa sunt ficta. De quibus pauca dicam. Primum intellegendum est, cum tauri immolatio non sit peracta, neque serpentem neque canem neque scorpionem locum, quem solent, tenere. Qua re recte de eis nos egisse, cognoscas. Tum, quem rarissime invenis, vides leonem e saxo progredientem. Qua re Mithrae e petra genituram cognoscendam esse, quis est qui neget.

Memoranda quoque sunt et gallus et aquila fulmen tenens, qui non saepe cum Mithrae veneratione coniunguntur, quorum alter diei horam primam aut solem orientem canere, altera Mithram ut Jovem omnipotentem significare videtur. Cum de imaginibus virorum qui faces tenent, solis et lunae, plura non esse dicenda supra exposuerim, restat tantum, ut notem corvum Dei sapientiam ostentare. Artificium ipsum est ectypum, in quo inter saxa et arbores inter se commixta figurae totum fere spatium explentes non sine arte sunt divisae.

De simulacro quod sequitur notandum est ante Solis orientis et Lunae occidentis currus homines nudos currere, face erecta aut subversa et primam lucem et noctem ineuntem ostendentes. Quae eo mirabiliora videntur, quia alios habemus viros, qui idem denotent. Arbores tres in supremo non solum ad vacuum locum exornandum, sed etiam ut terrae tauri mactatione vis frugifera a Mithra effecta intellegatur, esse fictas negari nequit. De verbis autem *Nama Sebesio,* de quibus satis superque disputatum est a viris doctis, id unum repetam mihi quidem eos recte egisse videri, qui putaverint verba sanguinem effusum e tauro demonstrare flumenque sanctum significare. Corvi autem locum hic ulula quaedam tenet. Restat, ut commemorem virum cum face inversa, nisi falso restitutam rem habeas, manu sinistra uvam tenere. Simulacrum male conservatum est effigies eminens optimi generis, de cuius artifice aut possessore hanc habemus inscriptionem *Amycus Seronesis M. Antonius Alterius.* De qua certa mihi desunt, incerta, ne dicam caveo. L. p. LXXV.

De duabus imaginibus, quas pagina septuagesima sexta praebet pictas multa dici nequeunt. Altera enim simulacra, quae cognovimus modo tradit neque praeclari est operis, altera nil novi ostendit nisi solis caput neque radiatum neque alio modo exornatum. Huius quoque simulacri partes complures sunt restauratae. L. p. LXXVI 1, 2.

L. p. LXXVII 1, 2. Praetereunda fere esse puto simulacra, quae pagina quae sequitur praebet. Utrumque enim nil novi habet nisi canem et serpentem sanguinem e corpore effusum petentem, cum persaepe serpens aut humi iaceat aut sanguinem ex amphora hauriat. Alterum de ea tantum causa memorandum est, quia primum hac imagine duos scorpiones testiculos tauri conterentes nec non caudam bovis in spicam desinentem habes.

L. p. LXXVIII 1, 2. Jam investiganda sunt simulacra quibus ornata est tabula septuagesima octava. Alterum etsi fragmentum tamen magni est pretii, cum res minime adhuc repertas ostendat. Habes enim arbores duas, quarum in altera corvus sedet, quarum altera phrygia tiara est ornata. Quibus id unum nobis demonstrari videtur frugiferam regionem esse pictam. Accedunt autem vir recubans et velatus et basis saxis vel lignis ornata, quae crucis formam exprimunt. De viro illo, cum plura alio loco de eo dicenda sint, hic taceo. Christiani autem signi illius adumbrationem reperire minime mireris, cum cognitum habeas multa Christianorum simulacra a Mithriacis minime abhorruisse. Qualis autem usus fuerit illius crucis, pro certo non habeo, praesertim cum altaris loco uti ea non potuerint cultores. De tauri mactatione ipsa imago nil praebet nisi stellis exornatum Mithrae pallium ac spicam ultimae partis caudae tauri locum tenentem. Artificium ectypi formam praebens artis non est optimae.

Altera paginae imago res tantum cognitas habet, excepta re quadam pharetrae et arcus similitudinem prae se ferente. De qua cum nullo alio loco nisi in simulacro quodam dubiae integritatis idem fictum fuerit, plura re vera cognoscere non possum. De tempore, quo facta sit imago, inscriptio podium ornans nil nos docet. Prae ceteris hanc imaginem ectypam bene esse conservatam est notandum.

L. p. LXXIX 1, 2. Sequitur simulacrum, in quo primo quasi circulus gladio, altari, baculo cum tiara, arbore, eundem semper

ordinem repetens, est constructus. Quae mactationem, libationem, originem persicam, fertilitatem, id est cultus naturam, significare, facile cognoscas. Latera autem imaginis ornant duo flores, ni fallor loti, in quorum altero insidet corvus. Praetereunda denique esse nego duo tauro imposita vincula et bracae peregrino modo lineis punctisque intextae.

De alio huius paginae simulacro non multa sunt dicenda. Reperis circulum descripti similem non nisi arboribus altaribusque factum. Cum quo consentiunt septem altaria, quae inter hominum diem et noctem significantium pedes stant. Stellas denique septem circa Dei caput, fortasse spatii complendi causa, fictas habes.

Pagina octogesima ornata est duabus imaginibus, L. p. LXXX 1, 2. quae nil memorabilius praebent nisi in pallia Mithrae lunam et septem stellas, qua ex re artificem iterum demonstrare velle Mithram aut Solem caeli esse dominum elucet. Alterum autem artificium rotundae est formae duabus inscriptionibus ornatum, cuius altera restitutionem Mithriaci sacri, altera novam constructionem templi Dei renuntiat. Cum autem, quo loco steterint tituli, non satis habeamus compertum, plura de sculpturis inscriptionibusque dicenda non sunt.

In secundo huius tabulae simulacro corvus in extrema tauri cauda insidet nec non canis ille collari, quod nullo alia loco inveni, est ornatus. Cum autem sint incredibilis cuiusdam similitudinis artificia explicata, quin aut idem artifex utrumque fecerit, aut alterum alterius fuerit exemplar, dubium non est. At commemorare liceat alteram esse imaginem ectypam, alteram statuae formam prae se ferre.

Progrediamur ad duas imagines, quae sequuntur. L. p. LXXXI 1, 2. Altera mactationem peractam tradere videtur. Primum enim frustra canem quaeras, qui vulnera mitiget, tum serpens ea non petit sed e patera, quam sanguine esse

completam est credendum, saporem sugit. Vas autem ipsum et paterae et amphorae genus praebet. Prae ceteris autem commemorandum esse puto et solis imagine praeditum hominem et eum, qui face inversa noctem significat, bacula tenere. Quae res, quid sibi velit, viderint alii. Fortasse artificio rursus significatur et solem et diem semper progredi neque requiescere. Intendas quoque animum ad saxa lineis directis expressa.

De altera imagine nil habeo quod dicam. Ambobus autem artificiis ectypis additae sunt inscriptiones. Attamen de origine aut tempore sculpturarum nil certius iis cognosci potest.

L p. LXXXII 1, 2.

Jam sequitur tabula octogesima secunda. Cuius altera imago multa interpretanda praebet. Exceptis enim omnibus, de quibus verba iam fecimus, reperis animalia plura. Sunt autem equus alis ornatus aut pegasus, avis perdicis formam ostendens, quae spicas mordet, ciconia, bos pascens, sus, serpens e saxo prorepens, fragmentum beluae. Avis et bos, cum fructus edant, sine ullo dubio significant terram fertilem esse redditam. Alia animalia nominata ad cultum ipsum respicere, cum nullo alio loco eorum similia reperiantur, negem et statuam artificem eis nos tantum docere regionem, quam fingit, a multis bestiis esse habitatam. Cetera autem solito ordine sunt tradita. Inscriptiones denique duae, quas sculptura fert, nil quod declarandum sit praebent. Addere liceat artificium effigiem esse eminentem bonae artis.

De altera imagine, cum valde sit destructa, non omnia accurate definiri posse videntur. Primum notes unum hic hominem et facem inversam et erectam tenere. Quid igitur alter homo iuxta Mithram stans, nisi sit servus quidem Dei, sibi velit non constat. Valde autem dolendum esse duco, quod alia persona feminina non melius est conservata. Nuda enim in caelum manus tendit et nubes quasi tenet. De luna cogitare minime licet,

cum eam supra tauri caput fictam, etsi valde deletam, habeas. Quae cum ita sint, quid de ea persona sit statuendum, in discrimine relinquo. At commemoro rarissime feminas in Mithriacis esse fictas. Restat, cum inscriptionem, M. S. E. X. B. O. P. tantum praebentem, inane sit investigare, ut affirmem artificem huius ectypi haud fuisse optimum.

Aliud simulacrum inscriptione ornatum cui nihil accuratiore explanatione digni inest praebet pagina, quae sequitur. Est autem sculptura nullius fere artis documentum, omnibus scenographiae legibus carens. L. p. LXXXIII.

Valde ab aliis omnibus simulacris abhorret id, quod invenis in tabula octogesima quarta. Primum vides Mithram solito modo taurum necantem. Alium autem hominem artifex finxit, qui caudam tauri sinistra, dextra ensem tenet. Quam ob rem putandum est illum Mithram adiuvare in tauro necando. Deus ipse et servus palliis fibulis alligatis sunt ornati. A tergo hominis commemorati animal stat, de cuius natura dubitari potest. Cogites autem prae ceteris de leone quodam, praesertim cum Mithrae illud animal sanctum fuisse cognitum habeamus. Servum autem artifex consistentem reddit in cista rotunda, in qua ad cultum res necessarias servatas esse recte iudicaveris. Ad hanc mactationis explicationem accedunt, quae infimo imaginis pars nos docet. Cum enim serpens ex amphora sanguinem haurire velit, servus alter pateram et dextra et sinistra complectens ei praebet. Inter amphoram et servum invenis altaria quaedam. Quid autem sibi velit haec sanguinis tauri quasi serpenti libatio, pro certo non habeo. At concedo artificem demonstrare nobis velle hominem illum ea de causa pateras habere, ut ea sanguine ex amphora completas cani, qui iuxta eum sedet, offerat. Quae sententia abhorrere videtur ab iis, quae de iis quae canis ad cultum illum explanandum doceat cognoscenda statuimus. L. p. LXXXIV 1, 2.

In alteram quoque imaginem accuratius inquirere necesse est. Primum enim apparet serpentem hostem esse Mithrae, cum leo eum aggrediatur. Tum lucernam accensam et a tecto pendentem vides. Qua sine dubio significatur hanc immolationem sive cultum ipsum in antro atro esse perpetratum. De altaribus autem plura non sunt dicenda. Lunam denique baculo ornatam habes, de cuius causa aut natura nil certius mihi in mentem venit, nisi ea adhibere velis, quae de Soli hoc instrumento munito sum locutus.

L. p. LXXXV. Magni momenti est quae sequitur tabula. Primum simulacrum eius investigandum habemus. Ab aliis enim eo differt, quod homines illi cum facibus in taurorum capitibus insistunt. Tum pro luna invenis tertium bovis caput. Tamen alienus sum ab illis, qui credunt tauro ipso mactato lunam esse fictam, cum multa, quae de natura tauri Mithriaci constant, minime hac cum sententia consentire videantur. Quis autem est, qui miretur, quod pro dea ipsa sanctum eius animal est figuratum. Mentio quoque facienda est hominum quorundam, qui solis et tauri capita adspiciunt. De cuius rei notione nil dubium est. Restant graviora de imagine exponenda. Cum enim depictus sit paries totus spelaei Mithriaci, reperis cavernas quibus cognosci potest, quo loco quaque ratione exstructi muri illi fuerint, quibus sanctissisimum segregatum erat ab aliis specus partibus. De constructione autem ipsa templi ex imagine nostra plura non patent. Sculpturam ectypam saxo insertam fuisse re ipsa cognoscas.

L. p. LXXXVI. Praetereundum est simulacrum, cui nunc occurrimus. Cum enim nil praebeat nisi pessimam imaginem artificii, quod nunc exposuimus, plura de eo dicenda esse, quis est quin neget. Paries autem saxorum hic nonnulla praebet signa seu litteras, quorum genus equidem non intellego.

Nullius fere pretii ad accuratius cognoscenda Mithriaca tabula est octogesima septima, explicatarum simillima. L. p. LXXXVII Tantum enim cognita simulacra reperis. Id unum commemorandum est, cum mactatio tauri in spelaeo peracta fingatur, in rupe, qua antrum significatur, foramen esse, per quod corvus intrat. Quae cum ita sint, recte indicaveris tales quoque Mithrae specus exstitisse, qui solis lumen acceperint. Tamen affirmo eam rem etsi per se credibilem minime esse certam. Restat ut notem inscriptionem additam esse, de qua nil accuratius constat.

Multa autem praebet imago quae sequitur. Artifex L. p. LXXXVIII. enim, cum mactationem finxisset, multis variis rebus locum vacuum complevit. E quibus prae ceteris notanda sunt sex altaria, duae arbores, duae faces, columba una, corpus hominis dissectum, puellarum duae aut puerorum alis ornatorum et linteolis involutorum imagines. Columnarum denique, quibus simulacrum cingitur, altera flagello et inscriptione, altera coronis et aliis est exornata. A sinistra autem parte stant diei et noctis simulacra. De quibus plurimis pauca. Arbores, praesertim cum una earum fructus habeat fertilitatis esse signum, quis est qui nesciat. De causa quoque cur fictae sint faces et altaria, dubitari nequit. Quid autem cetera sibi velint, definiendum non est. Primum columbam ad Mithrae cultum pertinere, nullum habes testimonium et abhorreo a sententia artificem ad locum tantum complendum illam quasi arboris fructus edituram finxisse. De alia autem ave me sentire, vetat forma ipsa. Nil certius dici posse videtur de iuvenilibus illis personis. Cogites alis et serpentium circulis et iuvenilibus vultibus demonstrari aeternitatem et aeternam iuventutem terrae. At caveas, ne pro certo hanc explicationem habeas. Quae insit sententia corpori illi defuncto, omnino me fugit. Flagellum fictum ad probationes adhibitum esse, facile credas, itemque indices coronas commemoratas illas significare, quibus Dei cultores ornabantur. Addendum est hoc in artificio serpentem

non esse fictum et leonem scorpionem quasi fugientem aggredi. De ceteris, quae invenimus, simulacris, dicendum mihi nihil est. De tempore autem inscriptionum imaginis nostrae investiganti plura elucent. Cum enim Fabio et Simmacho coss. fuerit annus trecentesimus nonagesimus unus, artificium nos cognovisse constat ultimis quibus cultus floruerit temporibus confectum.

L. p. LXXXIX. Pervenimus ad tabulam octogesimam nonam. Imago proxime descriptae est similis, etsi artifex alienissimam loci dispositionem induxit. In supremo habes sex monumenta minora, quorum natura dubia est et septem altaria, in quorum circulo stat vir alatus, forsitan Mithras, sceptrum gerens et serpente obvolutus. A sinistra autem parte fictus est alter homo serpente involutus, qui nemo nisi servus est Dei. Solis et Lunae currus solita ratione vides. Rursus invenis duas arbores, quarum cuique suspensae sunt faces, quarum altera erecta, altera est inversa. Alteri denique arbori adiectus est scorpio, alteri tauri caput, testiculos autem bovis duo scorpiones mordent. Ut in commemorata, ita in hac imagine a sinistra parte stant iuvenes cum facibus saepius explicatis. Primum hoc quoque artificio cognoscis minime significatum esse antrum, sed frugiferam planitiem. Nil enim nisi corvus saxis impositus est. Bonum autem artificem hoc unum terra usta fictum ectypum fecisse haud facile credas.

L. p. XC. Jam progrediar ad simulacrum quod sequitur Mithriacum, ex omnium numero plurimis fere imaginibus exornatum. Primum mactatio ipsa bovis investiganda est. Qua in re efficienda id unum commemoro arborem florentem hic esse fictam, quam serpens circumdat. Cum autem alius serpens sanguinem tauri petat, neque ille impediat, quominus floreat arbor, minime puto hunc serpentem hostem esse illum Mithrae cognitum, sed aeternitatis signum, quo demonstretur arbores quasi in aeternum florere. Hanc autem necationis

imaginem circumdat circulus, in quo caeli vel stellarum signa exstant depicta. A sinistra parte ad dextram partem:

Sunt aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo
Libraque, scorpius, arcitenens, caper, amphora, pisces.

Quas imagines ad cultum Solis pertinere, quis est quin sciat. Constat autem artificem demonstrare circuitum Solis voluisse. Quem circulum in duobus angulis superioribus circumdant imagines duae, quarum in utraque habes duos Dei milites, quorum alterum persico ritu vestitum nullo tegimento tectum vides arcum tenentem, praepositis saxis quasi arcubus usum. Credas militibus saxisque significari militias quasi Mithriacas in antris perpetrari, minime autem hanc explicationem sine dubio veram esse affirmare audeo. Sed addo radiis quoque solis, qui super montes progrediuntur, posse cogitari. Procedere liceat ad imaginem, cui illae sunt suppositae. Intra tres arbores duo Dei Invicti simulacra depicta exstant. Primum Deum bovem, quem serpens petit, umeris ferentem, tum Mithram militem coronantem vides. A sinistra parte cognoscis Deum Invictum quasi fertilitatis numen ex arbore orientem, a dextra Deum viro cuidam nudo, genibus nixo sinistram dantem. Quas omnes tabulae imagines cingit circulus, cui insunt signa haec: In unoquoque angulo caput exstat viri cum alis, quod simulacrum venti cuiusdam esse, cum alter in ore quasi ventum exhalatum prae se ferat, minime esse dubitandum puto. Simili ratione ficta habes quattuor valde inter se genere vestitus ac faciei differentia capita. De quibus id unum dicam verisimile ficta esse quattuor nationum quasi typos, e quibus permagna cultus propagatio cognoscatur. Abhorreo enim ab aliorum sententia capitibus illis anni tempora demonstrari. Alia effigies praebet nobis Deum ex petra ortum. Sequitur vir cum tiara pugilationis gestus faciens. Mihi quidem persuasum est hanc probationem quasi quandam initiandorum exercere. Altero loco habes virum cum gladio, caput necati cuiusdam

animalis sinistra tenens. Rursus autem initiationum exercitationem quandam significari, quis est qui neget. Quid autem dicas de puero nudo saxis imposito? Equidem nil accuratius quod de eo dicam habeo. Cogites de Diorpho illo, quem Mithram e saxo praegnante facto procreasse scriptores, ut scimus, dicunt. Qua opinione bonum habes contextum et continuationem quattuor illorum imaginum. Restat simulacrum supremum inter tres arbores primo loco solem cum curru Mithram dextra ad se trahentem, altero loco lunam occidentem atque velamen tenentem exprimens. Cognovisti igitur optimum fere Mithriacum et loci dispositione et arte praeclarum.

L. p. XCI. Tabula quae sequitur valde ab aliis differt et imaginibus et compositione ipsa. Hoc uno loco minime mactationen ipsam, at illius cultus vides praeparationes. Taurum enim iacentem circumstant viri duo, duo pueri. Virorum unum Mithram, alterum militem esse, negari nequit. Pueros autem servorum loco esse patet. Deus corniculum cavatum tenens ab homine illo commemorato, hasta brevi munito, uvam accipit. Servi illi pateris impositos alios fructus prae se ferunt. Mactationis gladium coronat tiara Mithriaca, quae radiis effulget. De actione igitur nil nisi vana coniectura statui potest, at credas libationis quaedam res fingi. Supra autem imaginem venatorem cum canibus depictum cognoscis, cum humi iaceant duo animalia necata. Ea inspicienti hac imagine Mithram beluas venantem fingi videtur. Alia enim interpretatio effigiei mihi quidem minime probatum est. Artificium saxo incisum non est optimi generis. Cum autem partem aversam ornet imaginis proxime expositae imago simillima, constat illa Mithrae simulacra ea quoque ratione posita exstitisse, qua ab utraque parte videri possent. Quibus intellectis rationem quoque aliorum alienissimam artificiorum facile comprehendas.

L. p. XCII. Multis deinde simulacris ornata est imago paginae nonagesimae secundae. Praeter enim mactationem tauri

cum rebus saepius explicatis prae ceteris furtum bovis quattuor imaginibus ostenditur. Primum vides animal pascens, deinde Deum bovem umeris impositum, porro Mithram in tauro fugiente iacentem, denique Deum animal posterioribus pedibus tenentem et retro trahentem. Altera pars praebet Dei simulacra duo, quorum alterum illum e petra orientem cum gladio nec non cum saxo globoso ostendit, alterum montem ascendentem cum circulo, de quo, nisi est corona lunae vel solis, nil certius cognovi. Cogites autem de Atlante, nisi phrygio habitu esset vestitus. Qua de causa equidem malo personas has Mithram ipsum quam alium caelestem deum esse. Homo porro, quid sibi velit, humi prostratus, eruere me nequire fateor. Restat imago virorum duorum ad aram stantium, quorum alter alterum valere iubere videtur. Ex quo cognoscas Mithram Deum quoque fuisse boni reditus. Mihi quidem minime persuasum est, quae alii scriptores statuere, his imaginibus demonstrari foedus sanctum feriri, Jovemque esse hominem cum fulgure humi prostratum. Postremis denique sex simulacris inserta sunt duo capita deorum ventorum, Deus et arborem colens et ex arbore oriens fertilitatis gradus docens, duo milites Mithriaci, arcubus saxa petentes, de quibus supra plura explicavi, denique sol oriens, cui deus Mithras est applicatus et luna occidens. Quibus expositis commemoro aliis locis plura de hac imagine praeclara Mithriaca minime autem definita esse dicta.

Cum autem effigies tabulae quae sequitur pessime sint fictae imagines artificii ad id quod perbene praebet pagina nonagesima quarta iam progrediendum est. Plura enim atque graviora affert. Ad mactationem quidem illustrandam nulla nisi cognitis rebus artifex usus est, nova autem de cultu praebent imagines minores illam circumdantes. De initiatorum enim probationibus exstant octo vel novem simulacra. Primum hominem natantem videns cogites de illis initiandis, quibus, ut corporis vires L. p. XCIII 1, 2. et p. XCIV.

ostenderent, magna flumina erant tranatanda. Tum habes militem, qui manus igni ad animum corroborandum imponit. Non satis autem compertum habeo, quid iudicandum sit de eo, qui in navi stans ex undis emergit, haud scio an intellegendus sis vir, qui itinere bene peracto Deo auxiliatori proficiscentium gratias agat. De homine autem dormiente nil explicationis addo; cogites de eis, quibus longa itinera erant peragenda. Homines quoque vides duos, quorum alter alteri gladio minari videtur, ut is se animae tranquillitate ornatum esse ostendat. Explicationis dubiae mihi videntur duae imagines. Altera enim earum fingitur vir, qui alium hominem montem ascendentem retinet, altera ostenduntur homines duo, de quorum actione nil accuratius intellego. Tertium simili ratione duos viros praebet. Restat igitur explicatione dignissimum etsi dubiosissimum simulacrum. Vides feminam sedentem, quae viro genibus nixo manus obicit, iuxta quem stat vir vestitus, sine ullo dubio Dei sacerdos. Primum notandum est, hoc uno Mithriaco minime dubiorum feminam agentem esse fictam, deinde, cum de re ipsa certiora dici nequeant, simulacrum pro dubio est relinquendum. De tertio autem simulacro, quo iterum duo viri ficti sunt, arbitror viros inter se valere iubere. Alia imaginis loca ornant corvus, leo, bos et animal, cuius corpus non ita est fictum, ut naturam veram cognoscamus. Minime quoque desunt solis lunaeque imagines, minime taurus, minime deus bovem trahens, minime arbores, minime solis currus, quem Mithras ascendit. Praeterundum denique esse nego aprum circumdatum circulo formis ornato, quae humanam faciem ostendunt. Quae res quid sibi velit, dubium relinquo. Addo autem imaginis descriptae loca vacua esse expleta ornamentis. Ectypum denique artificium et bene conservatum et bonae artis est.

L. p. XCV 1, 2. Procedimus ad fragmenta quaedam explicanda. Alterum praebet virum cum fulgure puerosque, quorum pe-

dibus caudarum forma est, deinde virum humi prostratum, tum trium hominum fragmenta, dubiae explicationis. Quibus cognitis persuasum habeo hanc imaginem ad Mithriaca pertinere, etsi negari nequit hominem humi prostratum illorum hominum Mithriacorum esse similem. Fragmentum alterum dividitur in partes sex. Supremo autem exprimitur consilium deorum aut familiae cuiusdam. Sequuntur dei iacentes; cogitari autem potest de Jove atque Junone. Tum habes Solis currum quem Mithras ascendit, ante quem Mercurius currit. Alio autem loco fictus exstat Deus Mithras Solem scuticam gerentem itinere finito valere iubens. Simili ratione cogites de imagine quae sequitur, at certiora de ea efficere nequeo. Restant interpretandi viri complures. Primus enim sagitarum artem modo cognito colit, secundus saxum quasi Dei simulacrum adorare videtur, de tertio et quarto autem non satis constat.

Pagina nonagesima sexta duobus inter se similibus simulacris est ornata. Sine ulla ratione ac loci divisione innumerabiles fere reperis imagines. Longum est omnia cognita enumerare, qua de causa ea modo commemoro amborum artificiorum, quae nova nobis hic occurrunt. Primum notandum est bis templum parvum, cui inest animal, in cuius natura explicanda nuto; illud autem vir quidam adorat. Dubiae denique explicationis est vir tauro vehens, quia de Deo ipso cum, aliam prae se ferat vestitus formam figura, cogitari nequit. Bis quoque vides taurum navi impositum; sed cogites de vasis quibus ad mactationem cultores Mithrae usi sunt. Recte mireris de viro serpente cincto. Saepius enim animal illud aut hostem Dei sanguinem tauri petere aut arbores circumdans fertilitatis aeternitatem significare vidimus. Quid autem illud sibi velit hac positione et hoc loco, ne conicere quidem audeo. Restat imago duorum virorum, de quibus male conservatis nihil dici potest. Omnia denique cetera harum imaginum aut saepius explicata L. p. XCVIX 1, 2.

sunt aut re ipsa cognosci possunt. Inscriptio autem alteri imagini addita nil nos docet. Quae cum ita sint, recte arbitreris eundem artificem utrumque simulacrum confecisse, aut qui posterius fecerit prius cognosse. Superest commemorare pluribus verbis neque vero optimo genere his de imaginibus iam esse disputatum in libro XI indicis.

L. p. XCVII 1, 2. Veniamus ad simulacra quae sequuntur. Primo in superiore parte fragmenta mactationis vides, cui suppositae sunt imagines complures. Quid sibi velint cognitum habemus, exceptis rursus illis duobus viris dubiae explicationis et homine serpente cincto, nisi rectius putes pedes eius formam caudarum habere.

Simulacrum alterum cum nil novi afferat, nullius fere est pretii.

L. p. XCVIII 1, 2. Librum volventes denuo duas invenimus imagines. Altera malae artis, pessimae conservationis est. Tamen cum multa iam cognita habeamus, cognoscimus fere omnia. Dubia reliquenda sunt complurium hominum corpora. Prae ceteris autem notandi sunt homines duo, quibus mensa aut ara est praeposita. Alia autem non adhuc explicata accuratius investigare, cum pessime figurae sint conservatae, haesito neque de inscriptione plura dicere audeo.

Altera imago minime est effigies eminens sed statua, Mithram tantum bovem necantem et nulla explicatione digna simulacra ostendens.

L. p. XCIX. Unum modo quattuor simulacrorum memorabile est paginae nonagesimae nonae. Cum enim iuvenis coronam frondibus factam capite, dextra fructus ferens sub tauro mactando prostratus iaceat, intellegas eo significari necatione tauri fertilitatem mundi effici. Tres quae sequuntur imagines ectypae nil novi praebent.

Praetereunda quoque sunt simulacra proxima, praeterquam quod in uno eorum tauri caudae finem minime spicarum sed globi formam tenere et hac una pagina Mithrae imagines esse fictas, quae supellectili insriptione non carenti fuerant insculptae. At notandum est unam hanc paginam dare statuam Dei, nil nisi eum ipsum persico habitu ornatum ostendentem. L. p. C 1—3a.

De pagina autem centesima prima plura sunt dicenda. Primum vides leonem cum corvo, cuius caput Mithrae Deo attributum esse, iam supra intelleximus. Tum habes aras quarum altera inscriptione modo ornata est, altera et dedicationem et arietum ad eam ornandam duo capita prae se fert. Gemma quaedam ornata est arbore, corvo, cervo, homine cum tiara vel vitta, leone e saxo prosiliente. Quamvis, quin haec res ad Mithrae cultum pertineant, minime sit dubium, tamen, quid compositio sibi velit, non intellego. Accedit imago tauri cum alis, de qua nil habeo quod proferam. Restat effigies mactationis, in qua taurus vultu avium simili praeditus exstat. Cetera omnia cognita neque ulla explicatione digna sunt. L. p. CI 1—7.

Quibus expositis investigandi sunt nummi ad Mithrae cultum spectantes. Primum enim describendos esse cogites quinque nummos, quos tabula sexagesima septima praebet. Cum autem, utrum solis ipsius an Mithrae sint sacri typi satis minime constet, eos commemorasse satis mihi videtur. In pagina autem, quae descriptam sequitur, saepius invenis mactationem cum cognito simulacrorum apparatu, saepius quoque currum solis. Prae ceteris modo memorandus mihi videtur vir nudus et alatus statuam hominis serpente circumstricti adorans et alia eiusdem modi statua. Semel modo nomine Μείθρας et stella nummus ornatus exstat. Altera gemma bovem ostendit pascentem, cui caput Dei iuxta L. p. CII 1—3.

lunam et septem stellas suppositum est. Quid iudicandum de persona quadam sit cum flagello et capite gallinae, cuius pedes serpentium formam habent, nescio, nisi cogites de Deo Gnosticorum. Quamvis enim inscriptionem prae se ferat *Μίθρας*, tamen abhorreo a sententia figura Mithram significari. Eadem fere dicenda sunt de leonibus quibusdam imaginum aliarum. — Restant primum nummus Maximini imperatoris, quo Deus Mithras coronatus sinistra Victoriam portans fictus est, tum alius eiusdem imperatoris nummus, quo Mithras coronatus insolito modo vestitus dextra nescio quid, sinistra globum portans fingitur, porro nummus Constantini, quo ostenditur, qua ratione Deus imperatorem cultui initiet, denique nummus, nescio cuius imperatoris, quo Deus Invictus Victoriae figuram alii cuidam homini dat quem servus quidam genibus nixus adorat; cogites quoque Solem Mithrae dare deae illius sculpturam. — Sunt autem imperatores quorum ad Mithriaca pertinentes nummos invenis hi *Antoninus Pius aug. germ.* — *Ἀδρ. Μ. Ἀντώνιος Γορδιανος σεβ.* — *Imp. Probus p. f. aug.* — *Imp. Prob. aug.* — *Imp. Probus p. f. aug.* — *Imp. p. f. aug.* — *Imp. Probus aug.* — *Maximinus p. f. aug.* — *Maximinus nob. c.* — *Constantinus p. f. aug.*

Nomina autem Dei reperiuntur haec *Μείθρας*. — *Μίθρας*. — Soli Invicto ter. — Soli Invic(to) Comiti Aug(usto). — Soli invicto Comiti. — Soli Invicto Comiti Aug(usto). — Soli Invicto. — Soli Comiti Aug(usto) n(ostro). — Soli Invicto Aeterno Aug(usto).

Quae cum ita sint facile intellegas nil fere novi nummos illos nos docere. Quae enim alio modo cognita non habemus ea, cum licentia nulla sit ea maior, qua imperatores ad gemmas atque adeo nummos conficienda usi sunt Deorum simulacris, nummis solis testibus edicere minime licet. — Prae ceteris autem quid ad cultum Mithriacum valeat Victoria saepius figurata dubium relinquendum esse affirmo. Suspiceris neque iniuria illo tempore Mithram etiam ob victorias reportatas esse cultum. Eademque

ratione eos falso agere puto, qui hac in re inscriptionibus plane cognita, nummis nonnullis testibus usi, de propagatione aut origine plura pro certo dicere posse putent.

Quibus cognitis interpretandum est fragmentum Mithriacum quod multa adhuc incognita offert. Deus enim e saxo ortus dextra uvam, sinistra petram tenet. Venationis autem signa ante figuram iacent. Cum autem et inscriptio operis quae est *L. Fl. Hermadion hoc mihi libens don. dedit* sit suspiciosa et rarissime Deum cum attributis venatoris fictum reperias, de incorrupta integritate potest dubitari. Accedit, ut faciei forma minime aliorum simulacrorum sit similis. Sane igitur summa cum iniuria hac imagine teste cogites Mithram venationis quoque deum fuisse. Artificium autem artis bonae esse documentum, negari nequit. L. p. CIII.

In pagina centesima quarta sunt varia simulacra. Bis deum nudum, ne tiara quidem ornatum e saxo orientem vides. Alio loco mactatio exstat, cui suppositae sunt imagines tres ad cognitionem cultus valde aptae. Eo miserabilior mala artificii est conservatio. Prima et tertia earum imaginum sine dubio ad initiandorum probationes pertinent. Accuratius definire quid sibi velint, haud scio an nunquam contingat. De tertiae duobus viris ad mensam sedentibus iam supra diximus. Simili ratione lugendum est, quod nequimus intellegere, quae sint res, quas alia simulacra Dei duo manibus tenent. Equidem, ne vana ratione coniciam caveo. Restant ararum fragmenta sine signis ad cultum explicandum idoneis. L. p. CIV 1—8a.

Iam postremae libri nostri de cultu imagines sunt interpretandae. Nil autem invenis inter eas nisi duas leonum statuas et aras, quarum plurimae inscriptionibus e quibus nil apparet, ferunt, una figura Dei bovem trahentis est ornata. Omnia praecedentis et huius paginae simulacra in uno Mithraco sunt reperta. L. p. CV 1—8a.

L. p. CVI et p. CVII.

Restant tabulae duae, quae templorum Mithriacorum formam ostendunt. Supersedeo, quia inane esse puto, accuratius eas describere, praesertim cum litterarum significationes, quibus scriptor statum rerum exposuit, desint. Tamen pauca noto. Primum statuenda est magna similitudo inter varia et variis locis reperta templa. Omnia enim oblongae formae a meridie ad septentriones extensa in partes duas, id est in subliminorem et in inferiorem partem, sunt divisa. Quarum prior locus fuit omnium initiatorum, cum posteriore ii modo usi sint, qui cultus maiores gradus fuissent assecuti. In apside autem positum fuit simulacrum Dei ara aliaque cultus instrumenta. Magnitudine Mithriaca illa non valde a parvis nostrae aetatis ecclesiis differunt, nisi ad altitudinem respicias. At memoria dignum est multas initiandorum probationes sine dubio esse perpetratas sub Iove, qua de causa forsitan et bonum mactationes minime peragebantur in templo ipso. — Quibus autem cognitis minime summo cum iure iudices omnia Mithriaca huius fere fuisse formae. Mihi quidem constat persaepe cultum in autris modo inaccurate effossis esse perpetratum.

Simulacra libri indicis secundi exponuntur.

Lajardi v. d. igitur libro pertractato paucis investiganda est tabula, quae libro indicis secundo est inserta. Scriptor enim multa dans simulacra animalium et instrumentorum, de eorum origine Mithriaca renuntiat plura. At quin, quae exposita habemus, ad Mithrae cultum minime pertineant, dubium non est, etsi negari nequit, complures prae caeteris autem gladium nec non bovem formas prae se ferre, quae ab Mithriacorum usu non videantur abhorrere.

Simulacrum, de quo plura in libro decimo sexto indicis invenis, explicatur.

Progrediamur igitur liceat ad illud optimum Mithriacum quod in libro XVI indicis exstat fictum et

explicatum. Primum mactatio ipsa, nil fere novi praebens circumdata est multis imaginibus. Prae ceteris est memorandus circulus, cui inest Zodiacus:

Sunt aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo,
Libraque scorpius, arcitenens, caper, amphora, pisces.

Cum autem habeas tredecim imagines neque ultima simulacra certo cognosci possint, utrum ultimum imaginis spatium fuerit vacuum, an pisces compleverint duo spatia, definiri nequit. Sed quin Zodiacus unus fuerit depictus, dubium non est. Iam ad tria suprema pervenimus simulacra investiganda. In duobus enim angulis exstant solito modo solis et lunae currus. Quorum alterum circumdant arbor frugifera, cuius fructus vir carpit, corvus, quem cognitum habemus, vir ille ex arbore se erigens, puer inflammatam facem ante currum praeferens, venti cuiusdam caput, vir, cuius pedes serpentium corpora ostendunt. Quid sibi velint omnia, hoc proximo excepto, re ipsa cognoscitur. De eo autem nil certius decerni posse, iam supra demonstravimus. Huius imaginis similis est altera, quae lunae demonstrat occasum. Habes enim rursus puerum cum face, quem Hesperum esse, cum alio loco Phosphorum cognoverimus negari nequit. Neque autem id mihi proposui, ut aliorum vestigia secutus, omnia Deorum nomina definirem multis coniecturis usus, at id unum spectavi, ut quae sine dubio meo iudicio sint intellegenda efficiam. Quapropter aliquot tantum deos volo significare. Primum vides Jovem in solio sedentem et fulmen dextra, sinistra sceptrum tenentem. Sequitur Apollo quasi requiescens et plectro munitus novos tanquam modos excogitans. Huic autem adstat Mars dextram capiti, sinistram scuto imponens, quibus gestibus quiescentem eum fingi cognoscas. Quartum locum tenet Hercules clava nisus. Quem, quamvis alii eum Mercurium esse putaverint me recte intellexisse persuasum habeo. A dextra Jovis parte habes duas personas, de quarum natura est dubitandum, nisi cogites de Junone et Minerva. Equidem, cum alterius alienum

ab hac dea sit vestimentum, illius autem deae minime in altera habeas certa documenta, eas in dubio relinquo. Tertiam denique figuram nudam optimae artis Venerem esse quis est qui neget. Restant personae quinque, quae recedunt. Etsi de Diana, de Volcano, de Saturno, de Neptuno, de Plutone, de Proserpina multa verba sunt facta, tamen ne id quidem pro certo affirmo Victoriam cognosci posse dextra Iovi coronam imponentem, sinistra palmam tenentem. Quae pauciora et certiora tantum exponens recte me egisse puto, cum minime Deos, quos fictos intellexeris, ad cultum Mithriacum pertinere sit statuendum. Artifex enim id unum voluit, ut deorum conventum quasi operis coronam fingeret. Quibus cognitis iam ad simulacra lateribus inserta procedamus. Prima nec non maxime dubia imago praebet caput hominis florum foliis circumcinctum. Cogitandum autem est de fertilitatis symbolo quodam, nisi Deum ipsum, qui fecundidatem quasi effundit, fictum esse credas. Accuratiore modo de figuris quae sequuntur est disputandum. Cum enim femina humi iaceat postrata, inferiore tantum corporis parte vestita, et vir globum afferat saxum ascendens facile intellegas Tellurem et Atlantem fingi. Quos deos ad Dei Solis cultum pertinere quis est qui neget. Jamiam dicendum est de feminis tribus. Ei, qui Parcas eas esse censuerunt, cum una ex iis libram teneat, quamvis, qua ratione hae deae ad Mithrae cultum respiciant, me lateat, recte iudicare. Nil autem fere certius dici potest de imagine quae sequitur. Vides enim duas personas male conservatas. Sed quid egerint dubium est, nisi in memoriam tibi venerint personae illae aliorum artificiorum, quas inter se valere iubere alio loco statuimus. Progressi obviam venimus illi saepius explanato simulacro, quo homo se alterum necare velle minatur, huius animi constantiae corroborandae causa. Minime enim recte iudicat, qui certamen Jovis cum gigante quodam repperisse putet. Eademque ratione vituperandum est eorum iudicium, qui affirmaverunt personam, quae

proximae tabulae est indita, esse Oceanum. Nullo enim in alio Mithriaco simulacro invenimus personas aut Deos ad cultum ipsum respicientes, quam ob rem hanc quoque imaginem explicantes id spectavimus, ut malimus res relinquere dubiosas, quam nomina aut instrumenta depicta edicere, quae a cultu nostro abhorreant. Iam imagines dextri lateris sunt interpretandae. Primum obvios habeo viros duos epulantes. Quae cum ita sint, aliis quoque locis, quibus reperimus duas personas ante mensam sedentes, epulas fictas exstare, haud sciam an suspicari possis. Qua autem ratione haec cena respiciat ad cultum Dei Solis me quidem fugit. Dubiae quoque explicationis est imago secunda. Cognoscis viros alterum equo vehentem, alterum baculum tenentem, animalque, de cuius natura certiora non habeo quae dicam. Rem fictam ad cultum ipsum pertinere ex eo quoque patet, quod viri persico habitu sunt vestiti. Sed venantem Deum esse fictum putari potest, at pro certo ne habeas hanc rem caveas. Sequitur imago saepius explicatarum simillima. Habes enim duos viros ad altaria adstantes, quorum alter cum altero confert sermonem. De quibus alio loco plura sunt dicta. Tantum autem abest, ut hanc explicationem omnino pro certo habeam, ut hoc loco addam, de actione quoque initiandi, qua quis dextra data in novum gradum recipiebatur, posse cogitari. Ad cultum ipsum referenda quoque est imago, quam nunc notem. Duos rursus cognoscis viros, quorum alter alterum adorat cum is illi imponat coronam. Equidem, quin hac ratione neque alio modo actio illa sit comprehendenda, minime dubito. Sequitur Solis currus, qui saepius est descriptus. Restant duo simulacra, in quorum altero taurus stans cognosci potest, sed de altero animal humi iacens ostendente non habeo, quae dicam. Rem fictam cultus probabiliter fuisse partem, cum bovem reperiamus, ego quidem persuasum habeo. Finem igitur faciamus duobus viris explicandis, quorum alter alterum genibus nisus adorans est depictus. Quid sibi velit res ipsa declarare non possum. Cum

autem vir stans sinistra instrumentum teneat, recte cogites de symbolo quodam novo gradui initiato Dei cultori dato. Sagittarium enim esse, quamvis alii affirment, minime puto.

Itaque sane lugendum est, quod huius memoria dignissimi a multis hominibus descripti artificii plura non plane intellexerimus, at malo rei tantum partes comprehendere quam totum intellectum conicere.

Restat ut declarem artificium expositum opus esse artificis optimi.

Exponitur quibus locis Mithriaca sint reperta.

Quibus omnibus cognitis restat, ut accurate locos indicem quibus ad Dei Solis Invicti cultum spectantia artificia sunt reperta.

Sunt autem hi:

L.	LXX.		Ostia.
»	LXXI.	1.	Ostia
»	»	2.	Roma.
»	»	3.	?
»	LXXII.	1.	?
»	»	2.	?
»	LXXIII.	1.	Vienne.
»	»	2.	?
»	LXXIV.		?
»	LXXV.		Mons Capitolinus.
»	LXXVI.	1.	?
»	»	2.	?
»	LXXVII.	1.	Stix-Neusiedel.
»	»	2.	?
»	LXXVIII.	1.	?
»	»	2.	?
»	LXXIX.	1.	?
»	»	2.	?

L.	LXXX.	1.	Ostia.
»	»	2.	»
»	LXXXI.	1.	Dormagen.
»	»	2.	»
»	LXXXII.	1.	Torremesa.
»	»	2.	Stix-Neusiedel.
»	LXXXIII.		Neapel.
»	LXXXIV.	1.	Ladenburg.
»	»	2.	Tehlbach.
»	LXXXV.		Schwarzerde = LXXXVI.
»	LXXXVII.		Bourg-Saint-Andéol.
»	LXXXVIII.		?
»	LXXXIX.		?
»	XC.		Heddernheim.
»	XCI.		?
»	XCII.		Neuenheim.
»	XCIII.	1.	Mauls = XCIII 2 A XCIV.
»	XCV.	1.	Zollfeld.
»	»		»
»	XCVI.	1.	Hatsseg.
»	»	2.	Apulum.
»	XCVII.	1.	Slaveni.
»	»	2.	Capri.
»	XCVIII.	1.	Apulum.
»	»	2.	?
»	XCIX.	1.	Transylvanie.
»	»	2.	?
»	»	3.	Slaveni.
»	»	4.	»
»	C.	1.	Aquileia.
»	»	2.	?
»	»	3.	Rheinzabern.
»	CI.	1.	?
»	CI.	2.	?
»	»	3.	Projern.
»	»	4.	?
»	»	5.	?

L.	CI.	6.	Buda.
»	»	7.	?
»	CII.		Pagina nil nisi gemmas aut nummos ferens hoc loco praetereunda est.
»	CIII.		?
»	CIV.	1.	Heddernheim.
»	»	2.	»
»	»	3.	»
»	CIV.	4.	»
»	»	5.	»
»	»	6.	»
»	»	7.	»
»	»	7a.	»
»	»	8.	»
»	»	8a.	»
»	CV.	1.	»
»	»	2.	»
»	»	2a.	»
»	»	3.	»
»	»	4.	»
»	»	5.	»
»	»	5a.	»
»	»	6.	»
»	»	6a.	»
»	»	7.	»
»	»	8.	»
»	»	8a.	»
»	CVI.	1.	»
»	»	2.	»
»	CVII.	1.	Dormagen.
»	»	2.	Neuenheim.

II. (indicis) Zürich.

XVI. (indicis) Osterburken.

Paucis de locis, quibus Mithriaca sunt reperta, agitur.

Quae omnia id unum nos docent artificiis quoque repertis constare cultum illum Dei Invicti Mithrae per omnes fere imperii Romani partes fuisse propagatum. Addere liceat, conferenti mihi locos inscriptionum persuasum esse iisdem locis plurima simulacra esse inventa, quibus maximae sunt adnumerandae incriptiones. Qua de causa autem non omnibus locis quibus inventae sunt inscriptiones Mithriacorum sint reperta simulacra Dei Invicti caveo ne coniciam. Qua denique aetate orta essent singula simulacra, non nisi de iis, quibus inscriptiones insunt, addidi, cum caetera tam variam rationem exhibeant et tam diversis terrae regionibus sint inventae, ut aetatem ex vagis incertisque signis aut e stili genere intellegere non possimus.

Quae imagines nos docuerint exponitur.

Restant exponenda quae artificiis omnibus expositis intellegi possunt. Priusquam autem ingredior in medias res, non praetermittendum mihi est me minime meum esse putasse, quae supra ad verum rerum intellectum conficiendum de signis in omnibus fere imaginibus nobis occurentibus exposui, hoc loco iterare. Quam ob rem in re efficienda hanc constitui operis rationem, ut ea tantum, quae simulacrorum testimoniis ad cultum ipsum pertineant commemorem. Primum quid de Deo ipso sit statuendum exponam. Cum enim primis illis imaginibus eum cognitum habeas nec phrygio habitu nec taurum necantem, sed leonino vultu, clavi et baculo ornatum, serpente cinctum, facile intellegas, cum statua una ex iis sit confecta tempore quo cultus apud Romanos valde floruerit nec non inscriptione ornata sit latina, illius simulacrum ea tantum de causa hoc modo esse fictum, quod artifex orientalem Dei originem voluerit servare. Eam enim simulacri rationem Persarum artificiorum esse simillimam et ex imaginibus Persicis et ea de causa patet, quod omnes fere aliae Romanorum

sculpturae Mithriacae Deum phrygio habitu et humano capite praebent praeditum. Qua autem ratione et qua de causa saepius illum Deum inveniamus quasi peregrinissimum, praesertim cum artificia designata Romae sint reperta, me quidem latet. Quae cum ita sint, cumque inscriptio non vacet ab omni dubitatione integritatis neque instrumenta, quae in lapide ficta exstant, ad Mithriaca apta videantur, illis simulacris nisus, nescio an apud Romanos Mithrae haec imago usitata non fuerit. De alio autem deo re vera cogitandum esse, non habeo persuasum. Jam Mithriaca sine dubio Romana perscrutabor. Cum vero quae singula praebeant ordinatim pervestigaverim, id unum hoc loco meum esse puto ea repetere, quae omnibus expositis simulacris inter se compositis de cultu ipso intellegenda esse videantur. Ac primum quidem pauca de immolatione dicere liceat. Cum enim rei ipsius ordinatim peractaeo mnia comprehenderimus monumenta, plura restant de auctoritate sacrificii cultus illius. Dissentio enim ab iis qui credant, cum nullum fere Mithriacum vacet immolatione illa facta, semper aut saepius re vera tauros esse mactatos in Mithriacis Romanis peragendis. Sed hanc rei rationem decerno. Sane Persae qui cultum palam perpetravere animalium quoque necationem sub caelo fecere. At Romani Deum Mithram arcanissime in antris atris colentes minime semper immolatione illa usi sunt. Accedit enim illud, quod nullo fere in cultu fieri potest, ut Dei quasi symbolicam actionem cultores ipsi imitentur. Qua de causa summa cum iniuria iudices, ex illa necatione satis superque figurata elucere, tauros ad Romana Mithriaca celebranda esse necatos. Plura autem nos docent res aliae simulacris Dei Invicti insertae. Cum enim homines saepius ficti exstent, dubium non est, quin initiandis aut initiati sint intellegendi. De quorum igitur habitu et actionibus nobis esse quaerendum, quis est qui neget. Quia autem singula singulis locis exposuimus, hic tantum restat, ut de communi harum imaginum natura pauca dicam. Ac primum, etsi saepius probationes sine dubio sunt animadvertendae, tamen abhorreas a sententia omnium graduum arcana hoc modo omnium oculis fuisse patefacta. Quae cum intel-

exeris, facile cognoscas pauca modo de initiationibus ipsis ex imaginibus constare. Saepissime enim eadem quae alio loco habes reperis. Omnia autem de cultorum arcanis actionibus minime nobis patere simulacra statuimus. Jam de aliis Deis, quibus in Mithriacis occurrimus pauca liceat edocere. Sunt qui putaverint saepius aliorum Deorum imagines in artificiis expositis repertas esse, mihi autem persuasum esto, uno illo praeclarissimo excepto, in quo, quin omnium Deorum conventus exstet, dubium non est, alia numina nobis obviam omnino non esse. Nam sine ullo dubio Solis et Lunae quoque figurae talem obtinent locum, nisi arbitreris illas alia de causa fictas esse, nisi ad symbola quaedam Mithrae exponenda. Animalia omnia denique ficta recte iudices Deo sacra minime autem adhibita fuisse ad cultum ipsum. Restant de locis quae invenimus verba. Cum enim, quin cultus semper in antris sit peractus dubitari nequeat, non mireris omnibus fere simulacris locum saxorum esse fictum. Arbores autem silvam significare numquam tibi in mentem veniet, qui scias eas haud alia ratione exstare figuratas, quam ad fertilitatem exprimendam. — Quae autem alia tibi occurrant, dubiae explicationis, de eis iam supra plura sunt dicta.

Quam ob rem memoria repetentes, quae imagines Mithriacae nos docuerint, non multa sed multum esse negari nequit. Tamen cultui plane cognoscendo nos non pessime studuisse putamus, cum ea tantum exhibuerimus, quae sine dubio et re ipsa nullis aliis testimoniis adhibitis intellegi possunt. Multa denique nova me attulisse, qui aliorum libros cognitos habent facile cognoscent.

Conclusio.

Legisti igitur de scriptorum testimoniis expositiones plurimas, cognovisti me inscriptionum tantam multitudinem accuratissime investigasse, inspexisti de simulacris sententias, persuasum habes me rem tractasse gravissimam. Quem enim cultum cognitum habemus, qui tanta intellectu dignissima ex rebus et sacris et profanis praebeat, qui originem ab orientali quadam religione ducens, eodem tempore quo christiana fides invaluit, per totum Romanorum imperium propagatus et per plura saecula conservatus, ab omnibus hominibus, nec imperatore nec servo exceptis, peragebatur, qui ultimum nec pessimum primis quidem temporibus quasi fuit experimentum gentilium superstitionum conservandi, qui igitur qualis fuerit tum Romani imperii religionum status, optime nos edocere potest. Quam ob rem me confecisse quae in initio operis mihi proqosui, dubitari nequit.

Liceat hoc loco paucis exponere, quae ad defendendam operis rationem idonea mihi videantur. Dixeris enim expositionibus meis cognitis non satis constare, quid novi primus edoceam neque aliorum sententias satis me repetiisse. Quam ob rem liceat me paucis de iis loqui, quae esse sequenda duxi. Cum enim corpus inscriptionum latinarum illud nec non alios titulorum libros volvens innumerabilium fere inscriptionum Mithriacarum repertarum cognitioni studuerim et scriptorum omnia quae supersunt tesimonia cognoverim et simulacra permulta accurate inspexerim, plurima de iis scripta esse et suspicatus sum et cognovi. Postquam autem diligentius ea perlegi, res minime esse disceptata videbatur. Qui enim uberius de re cognita verba fecere, sine ulla interpretationis ratione omnia a scriptoribus, a simulacris, ab inscriptionibus, quae praesto forte erant, numquam autem omnia accurate

collecta tradita, commiscuere ne id quidem petentes, ut inter Persarum et Romanorum cultum disquisitius discernerent. Alii autem paucis rem tractantes plura de cultu dixere minime falsa, minime vera, neque inscriptionibus neque simulacris neque auctorum testimoniis satis cognitis, coniecturis plurimis seu bonis seu malis usi. Eum rei statum cum cognovissem, decrevi me rectius esse acturum, si ad plenam et veram eius rei cognitionem praeparandam omnia accuratissime colligerem, collecta intellegerem. Minime autem eum interpretationis cursum tenui, ut quae unoquoque loco apta viderentur ad rem explicandam afferrem, sed ut distincta ratione edocerem primum, quae scriptores senserunt, deinde quae ex inscriptonibus patent, tum quae simulacra nos docent. Sed haec hactenus.

Censeo omnes meas expositiones maxime id effecisse, ut partim nos docerent, quanta esset materia, quanta difficultas cultus Dei Invicti Mithrae apud Romanos accuratius cognoscendi, partim praeberent principia parvarum commentationum, quibus solis omnis totius cultus cognitio potest niti. Quae perficiens me permultas res graves adhuc ignotas etsi maxime idoneas ad permultarum rerum Romanorum tum statum ac rationum intellegendam, adhuc ignotas ad lucem produxisse cum quidem minime fugiet qui totum opus accurate perlegerit. Quam ob rem eam rei rationem optimo iure me adhibuisse, fore ut iudices spero.

Index librorum.

Longum est omnium de Mithra Deo Sole Invicto apud Romanos culto scriptorum sententias quasi innumerabiles enumerare, Restat tantum, ut titulos nominem librorum commentationumque, quibus uberius et perfectius de Mithra agitur.

Sunt autem hi:

I. Monumenta veteris Antii hoc est (. .) et tabula Solis Mithrae variis figuris et symbolis exsculpta, quae nuper inibi reperta, nunc prodeunt commentario illustrata et accurate explicata. Accedunt (. . .) auctore Philippo a Turre. Addita (. . .) p. p. 157—252. Romae 1700. 4⁰.

II. La Réligion des Gaulois. Par le R. P. Dom *** réligieuse Bénédictin de la Crongrégation de S. Maur. Tome premier p. p. 52. 60. 223. 421—476. Paris 1727. 4⁰.

III. J. G. Eichhorn: Göttingsche gelehrte Anzeigen (. . .) Der zweite Band auf das Jahr 1814. 203. Stück 19 XII. 1814. p. 6. Göttingen. 8⁰.

IV. J. G. Eichhorn. Göttingsche gelehrte Anzeigen. Der zweite Band auf das Jahr 1815. 135. Stück 26 VIII. 1815. p. 5. Göttingen. 8⁰.

V. J. G. Eichhorn, de Deo Sole Invicto Mithra. Commentationes societatis regiae scientiarum Gottingensis recent. III. ad a 1814. 1815. Cl. hist. et phil. III. comm. pr. pp. 153—172. comm. post. 173—194. Gottingae 1815. 4⁰.

VI. H. Seel: Die Mithrageheimnisse während der vor- und urchristlichen Zeit. p. XVI et 748. Aarau 1823. 8⁰.

VII. Nouvelles observations sur le grand Bas-Relief Mithriaque de la collection Borghèse. Par Félix Layard. p. 41. Paris 1824. 4⁰.

VIII. Mithras von N. Müller (Abdruck aus dem 1. Heft des 11. Bandes der Annalen des Vereins für Nassauische Alterthumskunde und Geschichtsforschung). p. XV et 152. Wiesbaden 1831. 8⁰.

IX. Das Mithreum von Neuenheim bei Heidelberg, erläutert von Dr. F. Creuzer. p. 94. Heidelberg 1838. 8⁰.

X. Mithriaca ou les Mithriaques. Mémoire académique sur le cult solaire de Mithra par Joseph de Hammer, publié par J. Spencer Smith. p. 196. Caen et Paris 1833. 8⁰.

XI. Mémoire sur deux bas-reliefs mithriaques qui ont été découverts en Transylvanie. Par Félix Layard pp. 54—178. Addition au mémoire. . . . pp. 178—185. Mémoire de l'institut royal de France. Académie des inscriptions et belles-lettres. Tome quatorzième. Seconde partie. Paris 1840. 4⁰. (lu le 8. Octobre 1830). — Jam editum et aliis animadvertationibus ornatum in: Nouvelles annales publiées par la section française de l'institut archéologique. I 448—486. II 7—84. Paris 1836. 1838. 8⁰.

XII. Mémoire sur un bas-relief mithriaque, qui a été découvert a Vienne (Isère). Par Félix Layard. In: Annali dell' instituto di correspondenza archeologica. Volumo tredicesimo, pp. 170—260. Roma 1842. 8⁰.

XIII. Mithras von E. Meier. Realencyclopaedie der classischen Alterthumswissenschaft, hrsg. von A. Pauly (Chr. Walz, W. S. Teuffel V 93—97. Stuttgart 1848. 8⁰.

XIV. M. de Ring, du Surnom de Cautopates donné à Mithra. p. 16. Paris-Strasbourg 1853. 8⁰.

XV. J. Burckhardt. Die Zeit Constantins des Grossen. pp. 228—239, 263, 264, 391, 398. Leipzig (Basel) 1853. 8⁰.

XVI. B. Stark: Zwei Mithreen der Grossherzoglichen Alterthümersammlung in Karlsruhe. Festschrift zur XXIV. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner in Heidelberg. Heidelberg 1865. 4⁰.

XVII. Sol Invictus und die persischen Mythrasmysterien. In: Römische Mythologie von L. Preller. Zweite Auflage von R. Köhler. p. 754—764. Berlin 1865. 8°.

XVIII. H. Düntzer, Neue Mithrasdenkmale in Xanten. Monatsschrift für die Geschichte Westdeutschlands, hrg. von R. Pick. IV. Jahrg. 1878. p. 51—56. Trier 1878. 8°.

Quorum librorum et secundo et sexto liberalitate bibliothecae Berolinensis regiae usus sum.

Scriptor de vita sua.

Natus sum Timotheus Carolus Ernestus Waldemarus Fabri anno p. Chr. n. millesimo octingentesimo quinquagesimo septimo a. d. IX. Kal. Februarias Bonnlandi in vico Bavariae, patre Friderico Fabri, matre Henrietta, e gente Brandt. Fidei addictus sum evangelicae. Postquam parentes primo meae aetatis anno Barmen transmigraverunt, litterarum initiis domi imbutus, in gymnasium receptus sum. Sed secundo ordini adscriptus aegrotare coepi ac per tres fere annos permultas totius Germaniae et aliarum terrarum aquas salubres valetudinis recuperandae causa adii. Tum privatam scholam Silesiensem frequentavi. Anno autem m. o. septuagesimo tertio exeunte corroboratus, iterum ordini secundo gymnasii Huxariensis sum traditus. Sed quinque mensibus peractis primi ordinis factus discipulus denuo morbo affectus cum per decem menses in aquis Britannicis et Germanicis essem moratus, reverti Huxariam. Anno proximo, testimonio maturitatis munitus, Berolinum me contuli. Universitati Friedericiae Guilelmae adscriptus archaeologiae operam dedi v. d. Treu duce atque scholas audivi vv. dd. Hübner, Kirchhoff, Vahlen, Zeller. Inde Bonnam me converti. Primum praeceptore usus v. d. Justi in artium historiam incumbens, tum historicis atque archaeologicis studiis deditus per duodeviginti menses ibi commoratus sum. Exorto autem bello inter Russos et Turcas, ut negotia a patre mihi iniuncta perficerem, in Turciam profectus sum. Quo in itinere Athenarum, Neapolis, Romae, aliarum urbium musea spectavi. Bonnam reversus studia iteravi. Scholas autem audivi vv. dd. Schaefer, Ritter, Maurenbrecher, Menzel, Lamprecht historicorum, Usener philologi, Meier, Schaarschmidt, Witte philosophorum. Per quattuor annos sodalis fui seminarii, quod duce Schaefero v. d. floret. Exercitationum uniuscuiusque aliorum historicorum per nonnullos annos socium me praebui. Bis

scholas palaeographicas v. d. Menzel audivi. Anno autem m. o. octogesimo exeunte infirmae valetudinis causa etsi Bonnae moratus studia intermisi. Sex mensibus confectis diutius domi versatus rursus ad recuperandam valetudinem in Britanniam me converti. Tum corroboratus Gottingam transmigravi ibique scholis vv. dd. cum Baumanni, Volquardseni tum maxime Wieseleri interfui, cuius liberalitate et doctrina me hoc in opere perficiendo praecipue usum esse valde gaudeo. Omnibus autem meis praeceptoribus gratias ago quam maximas. Prae ceteris vero carissima mihi semper erit memoria morum atque ingenii Arnoldi Schaeferi.